

ESTHERA.

EX INTERPRETA
TIONE S. PAGNINI.

I. DRVSII *in eam Annotationes. autori dam
nati ex opus.*

Additiones Apocryphæ ab eodem in
Latinum sermonem conuersæ,

*Ex amphiōne officij variis
Inquisitoris libet hic
Causulis et dī.
an. 1507. Granat
die 26 Mayi an.*

*strūm huiusmodi
mini. Itaque si n.
--- no præstare*



LUGDVNI BATAVORVM,

Ex officina Iohannis Paetsij.

CLO. IO. LXXXVI.

ESTHERA.

EX INTERPRETA- TIONE S. PAGNINI.

I. DRVSII *in eam Annotationes.* *ad hanc*
nativitatem eius.

Additiones Apocryphæ ab eodem in
Latinum sermonem conuersæ,

& scholijs illustratæ.



*Ex omni parte officij varijs
In quib[us] libet sic
Capulatus ex d[omi]n[u]m
an. 1507. Granata
die 26 Mayi an.*

strum huiusmodi
mini. Itaque si n.
...:m. praestare

LUGDVNI BATAVORVM,

Ex officina Iohannis Paetsij.

clo. Io. LXXXVI.

A D

N O B I L I S S . A M -
P L I S S I M O S Q V E
O R D I N V M F R I S I A E .

D E L E G A T O S E T C .

Factum est à me pro-
pe dixerim necessa-
riò, VIRI AMPLISS.
vt, cùm edēndus es-
set hic cōmentarius,
eum vestrę tutelę cō-
mēdarem. Atque in
hanc necessitatē me
partim pollicitatio mea, partim propensio
erga litteras, earumq; studiosos vestrę de-
duxit. Diu est ex quo me quibusdam ve-
strūm huiusmodi quid pollicitum esse me-
mini. Itaque si nūc aliter facerem, nec pro-
missa præstarem, grauissimè peccare mihi
viderer, & peccarem certè. Quid enim tur-
pius, quām promittere, quæ præstare, aut
nolis propter ignauiam, aut nō possis pro-
pter imperitiam. Erat quidem statutum cū
animo, ac deliberatum maius quiddā vo-

* 2

bis

bis offerre, nec debeat etiam facultas (nam
maiora in meo litterario censu videbunt
apud me amici) sed duo obstat. pri-
mum angustia rei familiaris, quae ab ijs, qui
mihi qua publice, qua priuatim nihil non
decebant, tractata adeo iniuriosa, incivili-
terque fuit, ut post amissum patrimonium,
quo me per septennium, aut eo plus in pu-
blico munere apud * magna ex parte su-
stentaueram, vxorem & liberos, nedum
amanuensem, qui male scripta mea melio-
re manu describeret, alere nullo modo po-
tuerim: deinde typographia, qua vtor, ut
videtis, satis quidem eleganti; sed in qua
typi Ebraici, qui mihi ad grauiora opera
edenda necessarij sunt, desiderantur. Quo-
circa diu animi dubius fui, iamne promissi
me liberarem, an tempus illud expectarem,
quo & res meæ paulò expeditiores, & ty-
pographus esset, cui mea cõmittere com-
modius possem. Hac ancipiti cura dum
vexarer, ac in utramque partem ita multa
succurrerent, ut difficilis admodum deli-
beratio esset, vicit ad extremum ea senten-
tia, quæ, vt, quod in manibus habebā, qua-
lecumq; tandem illud esset, vobis potius,

quam

quam aliis inscriberem, si ad eam Adlant
fieri adductus sum eõ libenter, quod vi-
deamus ita ergo litteras affectio seculi, ut à
vestra humanitate aqua homini sperare
nobis liceat. Quide ratiōne scholam pu-
blicam h o tempore reponere. Et Frisia capa-
citer utem omnes uxores libera libata, ex-
iguum mellus est. Hoc esse affirmare non
verè armāximō beneficio, ut frōrū viri
los id esse cōsecutus, ut domi in patria vi-
nenerint, quæ peregrinarentur non posse-
runt. Itaque patrōrum mensū spatio plus
in litteris p̄federant, quam p̄clarē erant
ab optimis. ingenijs liceat. Tamq; potest
Amplissimorum virorum fauor, ut etiam
quæ in medio sunt, summis æquentur. Nec
verò minimum illud est, immo maximum
benignitatis vestræ argumentum, cogitare
vos etiam de exterorum inopia in studijs
subleuanda. Est hoc Frisiū. Est hoc Rei-
pub. vestræ proprium. Hinc doctorum ho-
minum tanta in his locis copia, Frisiāmq;
multis alioqui ornatam dotibus, hac præ-
cipue alias omnes Belgij prouincias ante-
cedere quis non agnoscit? His p̄cūlā
~~admodum~~ ~~admodum~~ ~~admodum~~ ~~admodum~~

A 3 viget.

tempore. Et quidam puerum apparetur
in libro apocrypho. Sed quis ergo? Nam
volumen sicutque vobis, puerorum exponit
historia dioniso. Nam etiam dicitur. Prodigium
est enim quod puerum puerum fecerit.
Iustus vero puerum fecerit, opa-
quemque puerum fecerit, et exponit iste
quod puerum, secundum iudicium puerum
debet esse puerum. Dicitur etiam quod puerum
ad eum puerum. Secundum etiam puerum, in quo
secundum, ut fuit puerum secundum hanc
etiam puerum anno non puerum, et
ad eum puerum. Secundum etiam puerum.

AD LECTOREM.

Ntibi, Lector, quod iam-
diu promisi. notas dico ad
historiam sacram Estheræ:
quas cum pararem emitte-
re, iudicavi opera & pretium
me facturum, si adiungererem interpreta-
tionem S. Pagnini, quæ inter omnes La-
tinæ, una maximè doctis probatur. Eius
editiones aliquot cum cura ipse contuli.
Variantem lectionem ad finem adieci, ap-
pellatis etiam nominibus editionum, ne
leuis apud te fides mea esset. Porrò in
margine notaui ex libris meis à me edi-
tis loca omnia, quibus lucem facio huic
historię. Denique ad finem adieci etiam,
quæ Apocrypha in hunc librum vulgo
audiunt, & scholia ad singulos versus. In
clausula hæc te rogo. Primum, ut si pec-
catum à me erit in hoc scripto, ignoscas:

* 4 deinde

deinde autem, cùm legere has notas voleas, ne tibi graue sit, diuertere ad finem libri, vbi operarum, quæ quidem deprehendere potuimus, menda omnia emendauimus. Cæterum dum his relegendis, vt fit, operam do, aliqua quedam animaduerti, quæ te scire & tua f^t mea interest. Itaque ea hic subiecti. Tu fruere cum alijs, & boni consule.

Pag. 49. vbi conijcio Herodoti locum corruptum fuisse, robur accedet meæ conjecturæ, si addantur verba hæc Iosephi: Τῷ δε ἀρώτῳ τῆς Βασιλείας ἔτει Δαρεῖος ὑπὸδέχεται λαμπρῶς, καὶ μετὰ πολλῆς παραπομῆς τούτη τερπάντων, ό γε τοὺς δίκοιο γεγονότας, ό γε τοὺς τῶν Μήδων ἡγεμόνας, καὶ στράτεας τῆς Περσίδ^ς, καὶ τοιάρχας τῆς Ινδίκης ἄχρι τῆς Αἰδιοτίαις, καὶ τοὺς εραπηγοὺς τῶν ἐκατὸν εἴκοσιετώτα σαρπατιῶν, ex lib 11. cap. 4.

Pag. 50. post illud, neque enim verba Ebreæ aliud innuunt, quam Asverum Susis sedem regni habuisse, adde: Sardus de rege Persearum, Hieme degit Susis, aestate in Ecbatana montibus, autumno Persepoli, vere Babylonie. Vere, ait Plutarchus, Susis, hieme Babylonie.

Pag.

Pag. 54. Quæ ad versum quintum scribo, illustratione egent. Non enim hoc volo falli planè eos, qui affirmant simpliciter duo conuiua fuisse: sed eos, qui hoc ita affirmant, vt alteri dicant interfuisse principes, alteri populum tantum. Hos apertè refellit textus. Reliquum in suspenso relinquimus, vt quisque opinetur de eo, quod velit. Nam fieri sanè potest vnum idemque conuiuum his verbis designari: fierietiam potest vt duo conuiua diuersa notentur, quorum prius durauerit dies cētum octoginta: posterius septem duntaxat, quo excepti fuerint præter principes ac seruos regis, omnes qui tum erant in Susan Habira, tam parui, quam magni.

Pag. 66. Versu decimoquarto inseri velim haec paucula. CHARSENA. Ut Mares, Matsena, Augustus, Augustinus: sic Chares, Charsena. Chares, nisi me fallit opinatio, vt & Chores, qui Latinè Cyrus, id est, sol.

Pag. 77. Quæ de Latina lectione disputo, refelli videntur interpretis verbis, quæ habentur cap. 8. vers. 1. confessa est enim ei Esther, quòd esset patruus suus. Nā si patruus,

* 5 tum

tum Estheram filia fratri, non patris fratri ipsius. Sed hoc falsum esse declarant cum Graeca interpretatio, tum Ebraeorum codicium, sineulla varietate, consensus. Viderit ergo interpres, si ita scripsit. nobis id curae erit scilicet?

Pag. 87. post verbum *minuit*, adde, Requiem Herodotus ἀτελῆιον dixit, de Smerdi mago eo, qui post Cambysesem regnauit, dum ait, διατάσσεις γὰρ δι μάγος εἰς τὸν ἔβην, τὸν δῆμον, ταρούταις ἀτελῆιον ἔνας σπουδῆς καὶ φόρου τοῦ ἔβην τρία &c. Quæ sic conuertunt: *Nam missis ad singulas nationes, quibus imperabat, edictis magus immunitatem tributorum, ac vaccinationem militiae in triennium tribuit. atque hoc quidem statim adeptus imperium edixit.*

Pag. 116. Versu vndeclimo, ubi improbo Tremellij interpretationem, velim rei firmandæ addi Herodoti locum hunc ex libro primo: *Apud Persas secundum bellicam fortitudinem potior dicitur numerosa & subolis procreatio. Et qui quamplurimos liberos edidit, huic Rex, tanquam strenuum quippiam praefiterit, singulis annis munera mittit.*

Pag. 76. quo minus assentiar Scaligero affirmanti Estheram & Amestrim eandem esse,

esse, me mouet locus Herodoti, quem ibi adduco ex libro septimo, καὶ ἄρχοντα παρέχοντο Οτάνεα τὸν Αμέστρον πατέρα &c. Tum etiā alter, qui est in libro eodem: Τριηταῖχμις δὲ Αρταβάνος καὶ Σμερδόνιος ὁ Οτάνεω Διηρέως ἀμφότερος δυτοις ἀδελφεῶν τῶν δεξιῶν. Επέξη δὲ ἐγίνοντο ἀνεψιοί. Quo loco apertissimè Otanes Xerxis partrius appellatur. Nō ergo Amestris Estheram, si fuit filia Otanis. Quis autem non videt consequi ex iisdem locis, cum Otanes Darij frater nominetur, & pater Amestris, Xerxem & Amestrim cognatione patrues fuisse?



S V M M A H V I V S

L I B R I .

Anno regni sui tertio Asverus, qui & Xerxes, post dominā Ägyptum, conuiuum fecit septem dierum, quo excepti fuerunt, quotquot tū erant in Susa. Habira Esth. I. vers. 3. Repudiauit Vashti reginam, quod vocata à se, venire recusasset, 1, 2, 1.

Anno sexto cōtigerunt ea, quae narrantur capite secundo. colligo ex versu vnde-cimo eiusdem capit. 1.

Anno septimo, mense decimo qui Tebeth dicitur, traducta fuit Estherā ad domum regis, 2, 16. mense duodecimo, eius nuptiæ celebratæ. Iosephus.

Per id tempus, quo Mardochæus ad regis portam sedebat, Bagathan & Thares duo Eunuchi de numero ianitorum, Regi Asvero infensi, ei manum inferre conati sunt. Quam rem ubi didicit Mardochæus Estheræ reginæ indicauit. Estherā porrò Regi

Regi enuntiauit. Quæsita & deprehensa re illi ambo in patibulo suspensi sunt, & ea res in commentarium coram rege relata est.

Postea Rex Hamanem euexit, eique secundam in regno dignitatem tribuit. 3, 1. Hæc & quæ deinde sequuntur usque ad versum septimum, acciderunt inter hunc annum & duodecimum regni Asveri.

Anno duodecimo mense primo, hoc est, Nisan, Haman sortem iecit. 3, 7.

Die 13. huius mensis missæ litteræ ad satrapas contra Iudeos. 3, 11. Mardochæus saccū induit. 4, 1. De hac re Estheram certiorem facit per Hatchum Eunuchum suum. 4, 6. vtque regem adeat deprecatura pro Iudeis, rogat 4, 13. Ieiunium Estheræ incipit. 4, 15.

Die quinto & decimo mensis eiusdem Estherā nec vocata regem adit. 5, 1. Chronicon Ebrœorum maius. Ieiunium finit. inuitat Regem ad conuiuum cum Hamane. 5, 4. finito conuiuio ercta crux in domo Hamanis ad suspendendum Mardochæum. 5, 14.

Hac nocte lecti sunt annales Persarum coram

coram Rege. Esth. 6, 2.

Die 16. venit Haman ad regem summo
mane.mandature ei vt faciat, quę narrantur
capite sexto.

Eodem die Haman iterum venit ad cō-
uiuum, ad quod vnā cum Rege vocatus
erat. 7, 1. accusatur ab Estherā. 7, 6. eius
vultus obnubitur. 7, 8. suspenditur in pa-
tibulo, quod erectum fuerat Mardochæo.
7, 10. Hæc mense primo, qui Nisan dicitur.

Mense tertio, id est, Siuan, vigesimo ter-
tio eius mensis missæ litteræ pro Iudæis,
8, 9.

Mense duodecimo, qui Adar ab Ebreis
appellatur, decimo tertio eius mensis, qui
fuerat trucidandis Iudeis destinatus, occi-
derunt Iudæi in Sufan Habira C C C C.
viros. 9, 6. in reliquis vrbibus Lxxv. cIo,
9, 16, Decem filij Haman in crucem acti.
9, 7.

Die decimo quarto occiderunt in vr-
be C C C. viros. Eundem diem festum agūt
Iudæi pagani. 9, 18. dicebatur olim dies
Mardochæi. 2. Machab. capite vltimo. &
festum sortium minus. Ebræi.


Dicm

Dieni xv. qui postea festum sortiuī maius
appellatus, festum egerunt Iudæi Sufani.
9, 17.

Anno Asveri decimo tertio contigit,
quod habetur Esth. 9, 29. Chronicon E-
bræorum maius.

F I N I S.

Tābā hēbā dōzā.



ESTHER.

Ex interpretatione S. P. L.

I. DRVSIVS recensui.

Caput primum,
verf. 1.

T fuit in diebus ¹ Ahasve- *Officiale.*
ros; ipse est Ahasveros, qui ^{24.} *lib. 12. cap.*
regnabat ab India vsque ad
Æthiopian ² super septem
& viginti & centum ³ pro- *Vide Officiale.*
vincias. *sat. lib. 12.* *cap. 13.*

z.

In diebus illis ³ quū federet rex Ahasue-
ros super solium regni sui, quod erat in Su-
san ⁴ regia, *HABIRÆ.*

Animad.
lib. 12. cap.

* In anno tertio, quo regnauit, fecit ^{42.} *Ad verb. in-*
coniuīū cunctis principibus suis, & fer- *anno triun-*
uis suis: ⁵ robur Persidis & Mediæ ⁶ satrapę *regnare ip-*
& principes prouinciarum coram illo. *fus.* *PHAR-*
THEMIM. *Offic. lib. 12.* *cap. 14.*

.4.

* Ut ostēderet diuitias gloriae regni sui, *A.V. in ex-*
& honorē ⁷ decoris magnitudinis sue die- *tendente* *ipsum.*

A bus

bus multis octoginta & centum diebus.

5.

*Quumque impleti fuissent dies illi fecit Rex⁹ omni populo qui inuentus est in Susan regia à maximo yisque ad minimum conuiuum¹⁰ septem dierum in atrio hor-
ti¹¹ palatij Regis.*

BITHAN.

6.

*Auleum canidūm, & viride,¹² & hya-
cinthinū tentum¹³ funibus byssinis & pur-
pureis in circulis argenteis & colunis¹⁴ mar-
moreis; lecti¹⁵ aurei & argentei super pau-
mentum porphyreticum & marmoreum,
DAR¹⁶ & parium &¹⁷ hyacinthū lapidem.
HARETH.
Vide Miscel
lansanofina
& Olferua
lb.9.ca.13.
A.v.pro-
pinare.
A.V.re-
gum.
A.V.pra-
mum.*

7.

*Et¹⁸ propinabant in vasis aureis, & vasa
erant à vasis¹⁹ varia, & vinum²⁰ regiū mul-
tum²¹ secundum²² potentiam regis.*

8.

*Potatio vero erat secūdum legem: nō
erat qui cogeret, quia sic²³ disposuerat Rex
cum omni magistro domus suę, vt faceret
secundum voluntatem²⁴ cuiusque.*

9.

*Etiam Vasthi Regina fecit conuiuum
fœminarum²⁵ in domo regi²⁶ que erat re-
gis*

gis Ahasveros.

10.

*Die septimo²⁷ cum²⁸ iucūdum esset cor^{4.V.Bon&}
Regis²⁹ prōpter vinum dixit ad Mehumān,^{4.V.in vi-}
Biztha, Chaibona, Bigha &³⁰ Abagtha
Zethar & Charchas septem eunuchos, qui
ministrabant ante faciē Regis Ahasveros.*

11.

*Vt adducerent Vasthi Reginā in con-
spectum Regis cum³¹ diademe regni, vt³² CHESTER
id est, cida-
ostenderet populis & principibus pulchri-³³ ri, Oberlib.
tudinē eius: quoniā³⁴ decora aspectu erat.^{12.cap.12.}
adverb, bon-
na.*

12.

*Et renuit regina Vasthi venire³⁵ ad³⁶ ver-^{4.V.in ver-}
bum Regis quod fuerat³⁷ per manum eunu-^{4.V.in ma-}
chorum: ³⁸ & iratus est Rex valde, iraque³⁹
eius succensa est in eo.*

13.

*Dixitque Rex sapientibus scientibus tē-
pora, quia⁴⁰ sic erat⁴¹ consuetudo Regis^{4.V.verbi}
coram omnibus scientibus legem & iudi-
cium.*

14.

*Et propinquus ei⁴² Charsena, Sethar,
Admatha, Tharsis, Meres, Marsena, Me-
muchan, septem principes Paras & Madai*

A 2 vi

RISONA, videntes faciem Regis, qui sedebant primi in regno.

15.

Secundū legēm²⁶ quid faciēdum in reginā Vasthi eo quod non fecit sermonē Regis Ahasveros per manū eunuchōrum.

16.

Et dixit Mēmūchā coram Rege & Princīpibus, non contra Regem tantum peccauit Vasthi reginā, sed contra omnes Principes, & contra omnes populos qui sunt in omnibus prouincijs Regis Ahasveros.

17.

Egredietur enim verbū Reginæ ad omnes mulieres, vt contemniant maritos suos in oculis suis dum dicent, Rex Ahasveros²⁷ dixit vt ducerent Vasthi Reginam ante se, & non venit.

18.

Et die hac dicent dominæ Pārās & Madai quę audierint²⁸ verbū Reginę ad omnes Principes Regis²⁹ & "abunde magnus contemptus & ira."

19.

Si Regi bonum est, egrediatur verbum regium

^{A. u. regni} regium à conspectu eius, & scribatur in ter leges Paras & Madai neque³⁰ transeat, quod non veniet Vasthi coram Rege Ahasveros, & regnum eius dabit Rex sodali quę melior sit illa.

20.

Et³¹ audietur verbū Regis, quod faciet in toto regno suo,³² quia magnum est, & omnes vxores exhibebunt honorē maritis suis³³ tam magnis quam paruis.

21.

Et³⁴ placuit verbum in oculis Regis, & ^{A. u. bonis fut.} Principum, fecitque Rex iuxta verbū Memuchan.

22.

Et misit epistolas ad omnes prouincias Regis,³⁵ ad singulas prouincias secundum scripturam suam, & ad³⁶ singulos populos iuxta³⁷ linguam ipsorum, vt omnis vir do-<sup>A. u. ad po-
pulum & po-
pulum secu-
dum linguā
eius.</sup> minetur in domo sua, &<sup>Vide lib. II.
cap. 10. Ob-
seruat.</sup> loquatur secundum linguam populi sui.

Caput secundum,
verf. I.

Post³⁸ hæc cum quieuisset ira Regis A-<sup>A. u. verba
hæc.</sup> hasveros, recordatus est ipsius Vasthi

A 3 &

& eius quod fecerat atque eius³⁵ quod decretum erat super eam.

2.

Dixeruntque pueri regis, ministri eius.
A.v.bonā. 26 Quærant regi puellas virgines³⁶ decoras aspectū.

3.

Et³⁷ præficiat Rex præfatos in omnibus prouincijs regni sui, & congregét omnem puellam virginem³⁸ pulchram aspectu in Susan regia³⁹ in domum mulierum in manu Hege eunuchi regis custodis mulierum,⁴⁰ & det purificatoria earum.
A.v.bonā. 41

4.

Et³⁹ puella quæ placuerit in oculis Regis, regnet pro Vasthi : & "placuitres in oculis Regis, & fecit sic.
A.v.bonā. 42 fuit verbū.

5.

Vir Ichudeuserat in Susan regia, & nomen eius Mordochai filius Iair filius Simhi filij⁴⁰ Cis vir Iemini.

6.

Qui⁴¹ demigrauerat è Ierusalaim cum transmigratione quæ demigravit cum Iehoniah Rego Iehudah quādemigrare fecerat Nebuchadnesar Rex⁴² Babel.
Olfer.lib. 11. cap. 23.

Et

Et nutriebat⁴³ Hadasa (ipsa èst Esther) filiā patrui sui: non enim erat ei pater & mater & puella erat pulchra specie & "decora aspectu: & cū mortuus fuisset pater eius & matereius, accepit eam Mordochai sibi in filiam.
A.v.bonā. 12. cap. 3.

8.

Et fuit cum auditum esset verbum Regis & lex eius, dumque congregarentur puellæ multæ in Susan regia ad manum Hegai,⁴⁴ tunc sublata est Esther in domum Regis⁴⁵ ad manum Hegai custodis mulierum.
A.v.subla- ta est. 46

9.

Et placuit puella in oculis eius, & succipit misericordiam⁴⁶ in conspectu eius, & accelerari fecit purificatoria eius,⁴⁷ & partes ut daret ei, & septem puellas dignas⁴⁸ ut daret ei è domo Regis, & mutauit eam & puellas eius in bonū domus mulierum.

10.

Non indicauit Esther populum suum, nec cognationem suam, quia Mordochai præceperat ei ne indicaret.

A 4 Et

11.

Objr. lib. 12, cap. 22. Et quotidie Mordochai deambulabat ante atrium domus mulierum ⁴⁶ vt cognosceret pacem Esther, & quid fieret de ea.

12.

A.v. puerelle & puellæ. Et cum ⁴⁷ attigisset tempus singularum puerellarum vt intrarent ad Regem Ahasveros ⁴⁸, in fine cum essent ei secundum legē mulierum duodecim menses (quia sic implabantur dies purificationum earum sex mensibus cum oleo myrrheo, & sex mensibus cum aromatibus & ⁴⁹ purificatorijs mulierum.

13.

⁵⁰ Et in hoc puerella veniebat ad Regem) omne quod dicebat dabature ei ⁵¹ veniendo cum ea è domo mulierum vsq; ad dominum Regis.

14.

Vespere ipsa intrabat, & mane reuertebatur ad domum mulierum secundam ad manum Sahasgaz eunuchi Regis custodis concubinarū: non ingrediebatur amplius ad Regem, nisi voluisset eam Rex, & ipsa vocaretur ⁵² per nomen.

Quum-

15.

Quumque attigisset tempus Esther filia Abihail patrui Mordochai, quam accepit sibi in filiam vt ingrediceretur ad Regem non requisiuit quicquam nisi quod dixisset Hegai eunuchus Regis custos mulierū. Et Esther suscepit gratiam in oculis omnium videntium eam.

16.

Sublataque est Esther ad Regem Ahasveros in domum regni ipsius, mense decimo (ipse est mensis ⁵³ Tebeth) anno septimo regni eius.

17.

Et dilexit Rex Esther præ omnibus mulieribus, & ⁵⁴ suscepit gratiā & misericordiam coram eo præ omnibus virginibus, & posuit diadema regni in capite eius, & ⁵⁵ regnare fecit eam pro Vashti.

18.

Fecitq; Rex coniuuiū magnū omnibus Principib⁹ suis, & seruis suis ⁵⁶ coniuuium Esther, & ⁵⁷ requie prouincij s fecit, & dedit dona secundum ⁵⁸ potentiam regiam.

19.

Et dum congregaretur virgines secundum

A s do

Oferua lib. do, Mordochai sedebat in porta Regis.
22. cap. 16.

20.

*A. v. indic-
ans erat.* Neque Esther indicabat progeniem suam & populum suum secundum quod præceperat ei Mordochai: & sermonem *Facit erat* Mordochai Esther faciebat sicut erat cū nutriretur secum.

21.

*Mordo. se-
dens erat* In diebus illis ⁵⁷ Mordochai sedente in porta Regis, irati sunt Bigthan & ⁵⁸ Theodorus res duo Eunuchi Regis ex custodibus lumenis, & quæsierunt mittere manū in Regem Ahasveros.

22.

Et innotuit res ipsi Mordochai, & nuntiauit Esther reginæ ⁵⁹ & dixit Esther Regi nomine Mordochai.

23.

*Vide Mis-
cellanea.* Et quæsita est res & inuenta & suspensi sunt ambo ⁶⁰ super lignum, & scriptum in libro verborum dicrum coram Rege.

Caput tertium,

vers. 1.

Posthac magnificauit Rex Ahasveros Haman filium Hammedatha Agagæum, & eleua-

^{1. v. defat-} "eleuauit eum, & posuit thronū eius" ^{per} su- per omnes Principes qui erant secum.

2.

Et omnes serui Regis qui erant in porta regis incuruabant se, & "genuflectebant <sup>HISTRA-
TUS HAVE</sup>" ipsi Haman: sic enim præceperat eis Rex, Mordochai vero ⁶² nec incuruabat se, nec genuflectebat.

3.

Dixeruntq; serui regis qui erant in porta regis ad Mordochai, Quare transgrederis præceptum regis?

4.

*A. v. dies &
die.* Et fuit ⁶³ cum dicerent ad eum "per singulos dies, & non audiret eos, ⁶⁴ nunciauerunt ipsi Haman ut viderent an starent verba Mordochai: indicauerat enim eis quod ⁶⁵ esset Ichudæus." *A. v. in-
dicauerunt.* *A. v. ipse.*

5.

Et vidit Haman quod Mordochai non inclinaret se, nec genuflecteret sibi, & repletus est Haman furore.

6.

Et cōtempsit in oculis suis mittere manus ⁶⁶ in Mordochai solum, indicauerant enim ei populum ipsius Mordochai, "pro- <sup>A. v. &
quesuisse.</sup> pterea

pterea quæsiuit Haman disperdere omnes Iehudæos qui⁶⁶ in omni regno Ahasveros populum Mordochai.

7.

In mense primo (ipse est mensis Nisan) anno duodecimo regis Ahasveros⁶⁷ iecit "Pur hoc est sortem coram Haman de die in diem & de mense in mensem duodecimum: is est mensis Adar.

8.

Dixitque Hamā ad Regem Ahasveros, Est populus quidam dispersus & diuisus inter populos in omnibus prouincijs regniti, & leges eorum sunt diuersæ ab omni populo, & leges Regis non faciunt: & regi non est utilè dimittere eos.

9.

Si Regi placet scribatur vt ipsi perdantur & decem millia talentorum argenti appetant manibus⁶⁸ facientium opus⁶⁹ vt adducant in thesauros Regis.

10.

⁶⁹ Et tremouit Rex annulum suum è manus sua, & dedit illum Haman filio Hammedatha⁷⁰ Agagæi hosti Iehudæorum.

Dixit-

11.

Dixitque Rex ad Haman, Argentum datum sit tibi, & populus vt facias de eo⁷¹ vt bonum est in oculis tuis.

12.

Et vocatis sunt scribæ regis mense primo tertia decima die eiusdem, & scriptum est⁷² iuxta omnia quæ præcepit Haman ad Principes regis, & ad duces⁷³ qui sunt super singulas prouincias, & ad Principes singulorum populorum & singularum prouinciarum secundū scripturā⁷⁴ cuiusque, & ad quemque populum iuxta linguā suam nomine Regis Ahasveros scriptum & signatum annulo regio.

13.

⁷⁵ Et vt mitteretur epistolæ per manum curforum ad omnes prouincias regis vt dissiperent vt occiderent & vt perderent omnes Iehudæos à puero usque ad senem,⁷⁶ paruulos & mulieres die vna tercia decima mensis duodecimi (ipse est mensis Adar)⁷⁷ & spolia eorum vt prædarentur.

Vide Quæst.
flio. lib. 2.
Quæst. 40.

14.

Exemplar scripture erat⁷⁸ vt daretur lex A. v. præ-
in qualibet prouincia⁷⁹ manifesta omni-
prouincia, bus

bus populus vt essent parati ad diē hanc.

15.

Cursorcs egressi sunt impulsi verbo regis, & lex data est in Susan regia. Rex autem & Haman federunt ad bibendum. Ciuitas autem Susan perplexa fuit.

*Caput quartum;**vers. 1.*

*obferua. lib.
xx. cap. 10.* **E**T Mordochai cognouit omne quod egestū fuerat, & scidit Mordochai vestimenta sua, & ⁸⁰ indutus est sacerdo & cincere, & egressus est in medium yrbis, clamauitque clamore magno & amaro.

*A.v.usque
ante portā.* **E**t evenit ⁸¹ vsq; ad locum qui erat coram porta regis. Non enim *fas erat* intrare portam regiam ⁸¹ in veste sacci.

*A.v. prouin-
cia & pro-
vincia.* **E**t in ⁸² qualibet prouincia & loco ⁸² quē verbum regis & lex eius attigit, luctus magnus fuit Iehudæis, & ieunium & fletus, & planctus, saccus & cinis sternebatur multis.

4. **E**rvenerūt pueræ Esther & cunuchi eius, & nun-

& nunciauerunt ei, & ⁸³ doluit regina valde, & misit vestes ⁸⁴ vt induere faceret ipsum Mordochai & remouere faceret sacram eius ab eo, & non recepit.

5.

Et vocauit Esther ⁸⁵ Hathach ex eunuchis regis ⁸⁶ quē constituerat ante illam, & præcepit ei super Mordochai vt sciret quid hoc esset & propter quid hoc.

6.

Et egressus est Hathach ad Mordochai in plateam yrbis quæ erat ⁸⁷ ante portam regis.

7.

Et indicauit ei Mordochai omne quod acciderat sibi, & expositionem argenti ⁸⁸ quod dixerat Hamā sē appensurum thesauros regis propter Iehudæos ad perdenendum illos.

8.

A.v. 14. **E**t exemplar scripturæ legis quæ ⁸⁹ posita erat in Susan ⁸⁹ vt disperdere faceret eos dedit ei, vt ostenderet ipsi Esther, & indicaret ei, & mandaret illi vt ingredetur ad regem ad precandum illum & ⁹⁰ ad quaerendum à facie eius pro populo suo.

Et

9.

Et venit Hathach & nūtiauit ipsi Esther verba Mordochai.

10.

Dixitque Esther ad Hathach, & præcepit ei ut diceret ad Mordochai.

11.

Omnis serui Regis & populus prouinciarū Regis sciunt quod omnis vir & mulier, qui ingressus fuerit ad Regem in atriu interius, qui nō fuerit vocatus, vna lex eius est⁹¹ ad interficiendum, præter cum ad quē extenderit Rex virgam auream, & viuet, & ego non fui vocata vt ingrediar ad Regem iam triginta diebus.

12.

Et renuntiauerunt ipsi Mordochai verba Esther.

13.

*A.v. refer-
rem.
A.v. emere
re.* Dixitque Mordochai vt responderent ipsi Esther, Ne putes in animo tuo "quid seruari possis in domo Regis præ omnibus Iehudæis.

14.

Si enim silendo silueris in tempore isto, respiratio & euasio stabit Iehudæis ex loco alio;

alio: tu vero & domus patris tui peribitis. & quis scit⁹² si propter tempus⁹³ istud per-
*In Eb. scit
istud.* ueneris ad regnum?

15.

Dixitq; Esther vt responderet ipsi Mordochai.

16.

Vade & congrega omnes Iehudæos qui reperiūtur in Susan, & iciunate⁹⁴ pro me, & ne comedatis neque bibatis tribus diebus nocte & die, & ego & puellæ meæ ie- iunabo sic, & tunc ingrediar ad Regem, quod non est secundum legem, & ⁹⁵quan- docunque peream, peream.

17.

Et progressus est Mordochai, & fecit iuxta omnia, quæ præcepit ei Esther.

*Caput quintum,
vers. 1.*

ET⁹⁶ fuit die tertio & induit se Esther regio vestimento, & stetit in atrio do-
A.v. regni. mus regis interiori⁹⁷ contra domū regis. Rex autem sedebat super solium regni sui in domo regni contra ostium domus.

B Et

2.

Et fuit, quum vidisset Rex Esther reginā stantem in atrio⁹⁷ tulit gratiam in oculis eius, & extendit Rex ad Esther virgam auream⁹⁸ quæ erat in manu eius, & accessit Esther & tetigit summitatem virgæ.

3.

Dixitque ei rex, Quid tibi est Esther regina? & quænam est petitio tua? vsq; ad dimidium regni, & dabitur tibi.

4.

Dixitque Esther, Si Regi placeat, veniat Rex, & Haman ad conuiuū quod feci ei.

5.

A.v. felicitate. Et dixit Rex, "Cito accersite ipsum Haman ut faciat verbum Esther. Et venit Rex & Haman ad conuiuū⁹⁹ quod fecerat Esther.

6.

Objecna. lib. I. cap. 15. Dixitque Rex ad Esther in "cōuiuio vi- ni,¹⁰⁰ Quæ est petitio tua & dabitur tibi, & quæ inquisitio tua, vsque ad dimidium regni & fiet.

7.

Et respondit Esther ac dixit, Petitio mea & inquisitio mea est.

Si

8.

Si inueni gratiam in oculis Regis, & si Regi placeat dare petitionem meam, & facere postulationem meam veniat Rex & Haman ad conuiuū quod faciam eis, & cras faciam iuxta verbum Regis.

9.

Et egressus est Haman dic ipsa latus & iocundus corde: & quum vidisset Haman ipsum Mordochai ad portam regis & non surrexisset,¹⁰¹ nec se mouisset ab eo, repletus est Haman contra Mordochai.^{A.v. bonis pletus}

10.

Et continuuit se Haman & venit ad dominum suam, & misit, & venire fecit amicos suos, & Zeres vxorem suam.

11.

Narravitq; eis Haman gloriam diuitiarum suarum, & multitudinem filiorū suorum, & omnia quibus magnificauerat ipsum Rex,¹⁰² & quod eleuasset eum super Principes & seruos regis.

12.

Dixitque Haman, Insuper non fecit venire Esther Regina cum Rege ad conuiuū¹⁰³ quod fecit, nisi me, & etiam cras

B 2 yoca-

vocatus sum ab ea cum Rege.

13.

Et ¹⁰⁴ totum hoc non est utile mihi to-
to tempore quo video Mordochai Iehu-
dæum sedentem in porta Regis.

14.

Dixitque ei Zeres vxor eius, & omnes
^{A.v. faciat} amici eius, ¹⁰⁵ Aptent lignum altū quin-
quaginta cubitorum, & ¹⁰⁶ mane dic Regi
^{A.v. & in- vt} suspendant Mordochai super illud, "po-
gredere." Itē a ingredere cum Rege ad conuiuium le-
^{A.v. fecit.} tus. Et placuit res in oculis Haman, & ^{ap-}
tari iussit lignum.

Caput sextum,
versf. 1.

^{A.v. regni.} **N**Oste illa fugerat ¹⁰⁷ somnus Regem
& dixit vt afferrent librum monu-
mentorum verborum dierum, & fuerunt
lecta coram Rege.

2.

Et inuentum est scriptum quod indi-
casset Mordochai de Bigthana & Theres
duobus eunuchis Regis ex custodibus li-
minis, qui quæsierant mittere manum in
Regem Ahasveros.

Dixit-

3.

Dixitque Rex, Quid factum est honoris
& magnificentiae ipsi Mordochai propter
hoc? Et dixerunt pueri Regis ministri eius,
non est factum cum eo quicquam.

4.

"Tum dixit Rex, Quis in atrio ^{A.v. & d.} Haman ^{xii.}
autem venerat in atrium domus Regis ex-
teriorius vt diceret Regi vt suspenderet Mor-
dochai superlignum quod parari fecerat ei.

5.

Dixeruntque pueri Regis ad eum, Ecce
Haman stat in atrio. Et dixit Rex, ingre-
diatur.

6.

Et ingressus est Haman: & dixit ei Rex,
Quid faciendū est ¹⁰⁸ viro cuius Rex vult ^{A.v. invito}
honore? (dixitq; Haman in corde suo, Cui
volet Rex facere honorē magis quā mihi?)

7.

Et dixit Haman ad Regē, Vir cuius vult
Rex honorem,

8.

Afferant vestem ^{A.v. regni.} regiam qua induit se ^{A.v. quo}
Rex, & equū ^{A.v. quo} super quo equitat Rex, ¹⁰⁹ & ^{equitauit}
^{Rex super eo.} detur diadema regium in capite eius.

B 3

Et

9.

^{A.v. in platea regis. tea.} Et tradant vestem illam & equum illum
In manu virorum Principibus regis ¹¹¹ principibus maioribus, & induant virum illum
cuius honoré Rex vult, & equitare faciant
elament ante eum, Sic fiet viro cuius ho-
norem Rex vult.

10.

Dixitq; Rex ad Haman, festina, tolle ve-
stem illam, & equum, quemadmodum lo-
catus es, & fac ita Mordochai Ichudæo,
qui sedet in porta Regis: ne cadere facias
quicquam ex omnibus quæ locutus es.

11.

Tulitque Haman vestem illam, & equum
illum, & induit Mordochai, & equitare fe-
cit eum per plateam ciuitatis, & ¹¹² clama-
vit ante eum, Sic fiet viro cuius honoré
Rex vult.

12.

Et reuersus est Mordochai ad ianuam Re-
gis: Haman vero ¹¹³ proripuit se domum
^{offeruallib.} suam lugens & operto capite, ¹¹⁴ et
^{xx. cap. 12.} et prostratus est in platea regis, ¹¹⁵ et

Et narrauit Haman Zeres uxoris sua, &
omnibus

omnibus amicis suis quicquid acciderat
sibi: dixeruntque ei sapientes eius, & Ze-
res vxoris eius, Si de semine Ichudæorum est
Mordochai ante cuius conspectum coe-
pisti cadere, non præualebis ei, sed cade-
do cades ante eum.

14.

Adhuc illis loquentibus cum eo, cunu-
chi regis peruenierunt, & festinauerunt ad-
ducere Haman ad coniuicium quod ^{A.v. fac-}
parauerat Esther.

Caput septimum,
vers. 1.

Venit autem Rex & Haman ad biben-
dum cum Esther regina.

2.

Dixitq; Rex ad Esther etiam die secun-
do in coniuicio vini, Quæ est petitio tua
Esther regina, & dabitur tibi? & quæ in-
quisitio tua? usque ad dimidiū regni, ¹¹⁶ &
fiet.

3.

Et respondit Esther regina, & dixit, Si
inueni gratiam in oculis tuis Rex, & si Re-
gi placet, detur mihi anima mea pro peti-

B 4 tione

tione mea & populus meus pro postula-
tione mea.

4.

Quia venditi sumus ego & populus
meus¹¹⁵ ad disperdendum, ad occidendum,
& ad perdendum." Quod si in seruos & an-
cillas¹¹⁶ venditi fuissimus, tacuisse: quā-
quam hostis, "nequaquam cōpensare pos-
A.v. & s.
A.v. nō re-
compenserat
set damnū Regis.

5.

Dixitque Rex Ahasveros & dixit ad E-
sther reginam, Quis est iste, &¹¹⁷ vñiam
est iste" cuius cor persuasit illi ut faceret sic?
A.v. qui re-
plevit cor
suum ut fa-
ceret sic.

6.

Et dixit Esther, Vir hostis & inimicus
est Haman¹¹⁸ pessimus iste. Tum Haman
territus est à facie Regis & Reginæ.

7.

Rex autem surrexit in furore suo à con-
uiio vini ad hortum palati: Haman ve-
A.v. fletur. ro¹¹⁹ mansit ut peteret pro anima sua ab E-
sther regina: nam vidit quod completum
esset sibi malum à tege.

8.

Rex autem reuersus est ab horto palati
ad domum conuiij vini: Haman vero ce-
ciderat

ciderat super lectum super quo erat Esther.
Dixitq; rex, ¹²⁰ num etiam vt subagitet re-
ginam "me existente in domo. Verbum il-
lud egressum est ab ore regis," & faciē Ha-
A.v. mea
in domo.
Obserua. lib.
12. cap. 18.
man operuerunt.

9.

Dixitque ¹²⁰ Charbona vñus ex cunu-
chis coram rege, En etiam lignū quod "pa-
rauerat Haman ¹²¹ ipsi Mordochái, qui lo-
catus est bonū pro rege, stat in domo Ha-
mā altitudinis quinquaginta cubitorum.
Dixitque rex, Suspendite eum in illo.

10.

Et suspenderunt Haman in ligno quod
¹²² parauerat pro Mordochai, & ira regis
quieuit.

Caput octauum,

vers. 1.

E Odcm die dedit rex Ahasveros Esther<sup>A.v. in die
ille.</sup> reginæ domiū Haman hostis Iehudeo-
rum, & Mordochái ingressus est ante regē:
indicauit enim Esther quid ipse sibi esset.

2.

Et ¹²³ abstulit rex annulum suum que^{removit}
recepérat ab Haman, & dedit illum Mor-
A.v. tran-
sire fecerat.
do-

B 5 do-

A.v.super dochái : & posuit Esther Mordochái¹²³ in domo Haman.

3.

A.v.antē Addiditque Esther & locuta est coram Rege, & cecidit "ad pedes eius, & fleuit, & *A.v.transf.refaceret.* rogauit eum ut irritam faceret malitiam Haman Agagitæ, & cogitationē eius, quā cogitauerat contra Iehudæos.

4.

A.v.auri Et extensis Rex ad Esther virgā¹²⁴ aurēa, & surrexit Esther, & stetit coram Rege.

5.

*A.v. & re-
Eius verbū
coram Regi* Dixitq; Si Regi placet, & si inueni gratiam¹²⁴ in cōspectu eius, "restaque res vi- detur regi, ac placeo in oculis eius scriba- tur"¹²⁵ ut retrahent litteras cogitationis Haman filij Hammedatha Agagitæ, quas scripsit ad perdendū Iehudæos, qui sunt in omnibus prouincijs regis.

6.

*A.v. & vi-
debo* Quomodo enim potero¹²⁶ videre ma- lū quod inueniet populū meum ? & quo- modo potero¹²⁶ videre perditionem¹²⁶ co- gnationis meæ.

7.

*A.v. & vi-
debo in per-
ditionem.* Dixitque Rex Ahasveros ad Esther re- ginam,

ginam, & ad Mordochai Iehudæum, Ecce domum Haman dedi Esther, & ipsum suspenderunt in ligno eo quod miserit manum suam in Iehudæos.

8.

Vos autem scribite Iehudæis¹²⁷ prout vobis videbitur nomine regis, & ob-signate annulo regis.¹²⁷ Scripturā enim quæ scribitur nomine regis & signatur annulo regis non licet reuocare.

9.

Et vocati sunt scribæ Regis tempore illo mense tertio (ipse est Siuan)¹²⁸ vigesima¹²⁹ & vigesima¹²⁹ tertia eiusdem, & scriptum est iuxta omnia quæ præcepit Mordochai ad Iehudæos, & ad principes atq; duces & principes prouinciarum¹²⁸ quæ sunt ab India usque ad Aethiopiam¹²⁹ centū & viginti septē prouinciarum, singulis prouincijs iuxta scripturam earū, & singulis populis iuxta linguam eorum, & ad Iehudæos secundum scripturam eorum & iuxta linguam eorum.

10.

Scripsitque nomine regis Ahasveros, & signauit annulo regis, & misit litteras per manus¹²⁹ cūrforum in equis equitanū velo-

*Afferentes
Officina lib.
12. cap. 13.
C. 19.*
velocissima animalia" mulos filiosequarū.

11.

*A. v. in omni-
ni ciuitate
& ciuitate,
Lib. 2. qua-
fio. 40.*
130 Quod dedit Rex Iehudæis qui erant in omnibus & singulis ciuitatibus, vt cōgregarent se, & starēt pro anima sua, vt disperserent & occiderent & perderent omnem exercitum populi ac prouincię¹³¹ op-pugnantium eos, paruulos & mulieres, & "spolia eorum diriperent.

12.

*A. v. tercia
decima.*
Die uno in omnibus prouincijs regis A-hasveros " decima tertia mensis duodeci-mi: ipse est mensis Adar.

13.

*A. v. in omni-
ni prouincia
& prouincia*
Exemplar scripture erat vt daretur lex in omnibus & singulis prouincijs mani-festa omnibus populis, vt essent Iehudæi parati ad diem illum ad vindicandum se de inimicis suis.

14.

*RECHES.
de hac voce
fusæ dixi.
mus in Mis-
cellaneis no-
stris.
A. v. in
pulsi.*
Cursores equitantes" animalia velocis- ma, mulos egressi sunt accelerantes & "fe-stinantes ad verbum Regis, & lex data est in Sufan palatio.

15.

Mordochai autem egressus est à con-spectu

specu regis in veste regali" hyacinthina &
*A. v. hya-
cynthi &*
candida, & corona aurea magna, &¹³⁴ a-
*candoris.
A. v. byss-
& purpuræ
vel purpura.*
misti" byssino & purpureo, & ciuitas Su-san exultauit & lætata est.

16.

Iehudæis fuit lux, & letitia, & gaudium, & honor.

17.

Et" in omnibus & singulis prouincijs, *A. v. in omni-
ni prou. &
prouinc. & in
omni ciuit.
& ciuit.*
quo verbum Regis¹³⁵ & lex eius attigit, le-titia & gaudium Iehudæis, conuiuum & dies" iocundus: & multi è populis terre¹³⁶ *A. v. bene-*
effiebantur Iehudæi, quia cecidit pauor Iehudæorum supereos.

Caput nonum.

vers. 1.

*D*Vodecimo igitur mense (ipse est mē-
*A. v. &
duode.*
sis Adar) " decimatertia die eiusdem *A. v. tercia
decima.*
qua peruererat verbum Regis, & ¹³⁶ decre-tū eius vt fieret, " eo die quo sperabant ini-mici Iehudæorum dominari" eis, opposi-tum fuit, quia dominati sunt Iehudæi" ijs¹³⁷ & oppositi-
*A. v. in cor-
puls.*
fuit.
*A. v. in odis
habentes sa-*

Con-

2.

Congregauerunt se Iehudæi in vrbibus suis in omnibus prouincijs regis Ahasveros, vt mitterent manum in inquirentes malum ipsorum, & "nemo stetit coram illic, quia cecidit pauor eorum super omnes populos.

3.

Et omnes principes Prouinciarum,¹³⁷ & principes magni & duces & faciētes opus quod *erat* Regis extollebat Iehudæos: quia cecidit pauor Mordochai super eos.

4.

Magnus enim *erat* Mordochai in domo Regis, & "fama eius ibat per omnes prouincias, quia vir Mordochai"¹³⁸ proficiebat & crescebat.

5.

Et percusserūt Iehudei omnes inimicos suos plaga gladij, & occisionis, & perditio-
res suos. nis, & fecerunt¹³⁹ in inimicis suis secundum voluntatem suam.

6.

Et in Susan regia occiderunt Iehudæi, & perdiderunt quingentos viros.

Et

7.

Et Parfandatha, & Dalphō, & A spatha.

8.

Et Poratha, & Adalia, & Aridatha.

9.

Et Parmastha, & Arisai, & Aridai, & Vaizatha.

10.

Decem filios Haman filij Hammedatha hostis Iehudeorum occiderunt: sed in pre-dam ipsam non miserunt manus suas.

11.

Die ipsa venit numerus occisorum in Susan regia coram Rege.

12.

Dixitq; rex ad Esther reginam, in Susan regia occiderunt Iehudæi, & perdiderunt quingentos viros, & decē filios Haman; in reliquis prouincijs regis quid fecerūt? quē-nam ergo¹⁴⁰* petitio tua, & dabitur tibi? & quē requisitio tua vltra, & fiet?

13.

Et dixit Esther, Si Regi placet, detur etiā cras Iehudæis in Susan, vt faciant secun-dum legē hodiernam, & decem filios Ha-man suspendant in ligno.

Et

14.

Et dixit Rex ut fieret sic: & data est lex in Sufan, & decem filios Haman suspenderunt.

15.

Et congregati sunt Iehudæi quierant in Sufan etiā die decima quarta mensis Adar, & interfecerunt in Sufan trecentos viros: sed in prædam non miserunt manum suam.

16.

*A.v. & re-
liquam lu-
dorum.
A.v.flare.
A.v. qui-
ere
A.v. occi-
dere* Reliqui quoque Iehudæi, qui erant in prouincijs regis congregati sunt, & * steterunt ¹⁴⁰ pro anima sua, & "quieuerunt ab inimicis suis, & "occiderunt de hostibus suis quinque & septuaginta millia, sed in prædam non miserunt manum suam.

17.

Die tertia decima mensis Adar, & quieuerunt quarta decima die eiusdem, feceruntque eum diem conuiuij & lætitie.

18.

Iehudæi vero qui erant in Sufan cōgregati sunt tertiadecima eiusdem, & quarta decima eiusdem, & "quieuerunt quintadecima eiusdem, " feceruntque eum diem con-

conuiuij & lætitie.

19.

Idcirco Iehudæi villici qui habitant in vrbibus non muratis faciunt diem quartam decimam mensis Adar lætitie & conuiuij,¹⁴¹ & diem bonum, & missionis partium¹⁴² vnuſquisque proximo suo.

*A.v. Vir
focis sic.*

20.

Et scripsit Mordochai verba hæc, misitque litteras ad omnes Iehudæos qui erat in omnibus prouincijs Regis Ahasveros ¹⁴² propinquis & remotis:

21.

Statuendo illis vt facerent diem quartam decimam mensis Adar, & quintā decimam eiusdem per singulos annos.

22.

Iuxta dies illos in quib[us] quieuerūt Iehudæi ab inimicis suis & mensem illum, qui conuersus fuerat eis à dolore in lætitia, & à luētu in diem¹⁴³ incundum, vt facerent illos dies conuiuij, & gaudij, & missionis partium¹⁴³ quisque proximo suo, & donec virorum "pauperibus.

EBIONIM.

23.

¹⁴⁴ Et suscepérunt Iehudei quæ coepi-
C runt

runt facere, & quod scripsit Mordochái ad eos.

24.

Quoniam Haman filius Hammedatha Agagites hostis Iehudeorū cogitauit contra Iehudęos perdere eos, & proiecit¹⁴⁵ pur (id est sortem)¹⁴⁵ vt contereret eos, & vt perderet eos.

25.

Quum autem venisset in conspectū Regis, dixit Rex cum¹⁴⁶ epistola, Cōuertatur cogitatio eius mala, quam cogitauit cōtra Iehudęos, in caput eius :¹⁴⁷ suspendant quoque eum & filios eius in ligno.

26.

Idcirco vocauerunt dies istos Purim,^{A. v. super omnibus verbiis.} de nomine pur : ideo "propter omnia verba epistolæ huius, & id quod viderunt super hoc, & id quod peruenit ad eos.

27.

Statuerunt & receperunt Iehudæi super se, & super semen suum, & super omnes copulatos sibi,¹⁴⁹ nec præteribit, scilicet lebraturos duos dies illos iuxta scripturam eorum, & iuxta tempus eorum singulis annis.

Et

28.

Et dies isti erunt¹⁵¹ memorati & fient in omni generatione & generatione, familia & familia, & prouincia & prouincia, & vrbe & vrbe : "dies in qua m̄ purim isti non transibunt ē medio Iehudæorum, & memoria illorum non desinet à semine eorū." ^{A. v. Et dicit}

29.

Et scripsit Esther regina filia Abihail, & Mordochái Iehudæus omni fortitudine, vt firmaret epistolam purim¹⁵² hanc secundo.

30.

Et misit litteras ad omnes Iehudęos^{A. v. ad ipsiū et ceterā} ad centum viginti septem prouincias regni^{rem & vi-}
Ahasveros verbis pacis & veritatis.^{tum & ceterā}

31.

Ad confirmandum¹⁵³ dies Purim istos iuxta tempora sua secundum quod statuit eius Mordochái Iehudæus, & Esther regina, & secundum quod firmauerunt super animam suam, & super semēsuū,¹⁵⁴ verba^{et ceterā} ieiuniorum & clamoris sui.

35.

Et sermo Esther firmauit¹⁵⁵ verba fortium istarum, & scriptum est in libro.

Caput decimum,
vers. 1.

ET posuit Rex Ahasveros tributum su-
per terram, & insulas maris.

2.

Et omne opus fortitudinis eius, & po-
tetię eius, & expositio magnitudinis Mor-
dochai,¹⁵⁶ qua magnificauit eū Rex, nón-
ne scripta sunt in libro verborum dierum
Madai & Parasē

3.

Amimad:
lib. 2. cap.
64.
157 Mordochái enim Iehudæus¹ secun-
dus à Rege Ahasveros, & magnus apud
Iehudęos, & acceptus multitudini fratru-
m suorum, quārēs bonum populo suo, & lo-
quens pacem omni semini suo.

F I N I S.

A D

AD SANTIS PAGNINI
TRANSLATIONEM
VARIÆ LECTIONES.

- 1 *Ahasveros.* Ita Stephanus. editio anni 28.
Acháferos: quā scripturam retinet Biblia re-
gia.
- 2 Stephanus codex, super *centum* & *viginti septem*.
tal is ordo numerorum apud Latinos.
- 3 *Quum federet Rex.* Stephanus, cum quo Helueti-
ca exemplaria conueniunt, *quum federet Rex ipse.*
- 4 Exemplar Lugdunense, anno tertio. Stephanus &
Heluetij, anno tertio ex quo regnare cepit.
- 5 *Robur Persidis.* ita Stephanus, & alia quādā edi-
tiones. Biblia regia habent exercitui Persico & Medico,
principibus maioribus, & principibus prouinciarū qui erant
ante se.
- 6 Stephanus, tantisperdum ostentaret, quomodo etiā
Heluetij legunt.
- 7 In Lugdunensi, glorie. Sic etiam habent Antuer-
piæ impressi.
- 8 Stephanus, *centum octoginta diebus.*
- 9 Stephanus, *uniuerso populo, qui inueniebatur.*
- 10 Stephanus, *septem diebus.* & rectius nisi fal-
lor.
- 11 Editio anni 28. *coloris candidi* & *hyacinthinum* Ste-
phanii, & *color hyacinthinus* tenta [erant.]
- 12 Codex Stephanii, & *hyacinthinum.*
- 13 *Varia.* Lugduni editum, variata. Sic etiam Biblia
regia habent.
- 14 Stephanus, *pro facultate regia.*
- 15 *Potatio vero erat.* Ita Stephanus. alij, & *potus erat,*
videlicet Lugdu. & Antwerp.
- 16 Stephanus, *sic præceperat Rex omni.*

- 17 *In domo regni.* Libri editi à Stephano, *in domo regia.*
 18 Stephanus edidit, quum exhilaratum effet cor Regis à vino.
 19 *Abagha.* editio anni 28, *Bagtha.* perperam.
 20 *Ante faciem Regis.* Steph. in conspectu Regis.
 21 *Lugdunensis* editio, ut ducerent *Vashī reginam* coram Rege. Sic etiam Biblia regia.
 22 Stephanus, ad mandatum regis quod per eunuchos mandauerat.
 23 Et iratus est. In Stephano, unde iratus est. ad sensum optimè.
 24 *Stepha.* talis erat.
 25 *Charfena.* plerèq; editiones *Carfena.* & mox, *Tarsis* pro *Tharsis*.
 26 Editio anni 28, quid facere in reginam. Biblia regia, quid agendum cum regina. Stephanus, quid faciendum de regina.
 27 Stephanus iussit introduci *Vashī reginam* ad se.
 28 *Stepha.* facinus regime.
 29 Exemplar *Lugdun.* & erit huius rei gratia abundantius contemptus. Sic codex regius.
 30 *Lugdun.* transgredieatur quod nō ingrediatur. & mox, regnum eius det alteri. quomodo etiam legunt Biblia regia.
 31 *Audietur.* Sic R. B. In *Lugdun.* reperio audiat, sed male. Stephanus, exaudiatur.
 32 Stephanus, quamvis magnum sit.
 33 Biblia edita anno 28, tam maiori quam minori.
 34 Editio *Lugdunen.* & *Antwerp.* iuxta lingua eius, minus rectè.
 35 Quod decretum erat. *Lugdun.* & Reg. quod diffopsum erat.
 36 Editio anni 28, querantur regi puerelle virgines.
 37 Stephanus, constitutus. & mox, omnibus prouincijs, abest

- abest præpositio.
 38 *In domum.* Stephanus, *in domo.*
 39 Puella, Stephanus, puella illa. & paullò post, *Hæc res placuit.*
 40 Cis. ita Stephanus, alij minus rectè pro Cis scribunt Chis.
 41 *Lugdun.* & Reg. *transmigratus fuerat.* & mox, que *transmigrata est.* & aliquanto post, *quam transmigrare fecerat.*
 42 *Lugdun.* *per manum.* Reg. *in manum.* paullò ante Stephanus habebat *in manu.*
 43 Stephanus, *coram illo:* propterea acceleravit dare ei.
 44 Stephanus, & portiones eius.
 45 Ut daret ei, abest à Stephanus.
 46 Ut cognosceret Stephanus. ut refiret.
 47 Cum attigisset. Sic impressi anno 28. Biblia regia cum appeteret. Stephanus, *Quumque aduenisset.*
 48 Stephanus, *expletis iuxta legem mulierum duodecim mensibus:* & aliquanto post myrtino pro myrrheo. Vide lib. 11. cap. 1. Obseruat.
 49 Purificationibus. *Lugdun.* & Reg. minus placet.
 50 Et sic puella habet Stephanus.
 51 Ut veniret cum hoc. idem.
 52 Per nomen. Stephanus legit, *non sine.*
 53 *Tebeth.* ita scribendum hoc nomen; non Tebet ut est in Biblijs Antuerpiæ excusis.
 54 *Retulique gratiam.* Stephanus, valde probo.
 55 Regnare fecit. In Stephanus, *constituit eam reginam.* eadem tententia.
 56 Stephanus, perinde ut cum erat in educatione apud illum.
 57 *Mordochai sedente.* Stephanus habet, *Mordochai autem sedebat.*
 58 *Theres.* editio anni 28. & Reg. Teres, per t, simplex.

- 59 *Et dixit Esther regi.* Esther autem dixit regi, Stephanus.
 60 *Super lignum.* Steph. in ligno.
 61 Steph. extulit illum.
 62 Nec incurvabat se nec genuflectebat. Sic legitur in Stephanis libris, eamque lectionem firmant præcedentia. Tamē editio anni 28, nec genuflectebat nec adorabat, quomodo legunt & Antuerpiæ excusi.
 63 Stephan. cum sic loquerentur ad eum.
 64 Codex Antuerpianus, & indicauerunt.
 65 In Mordochai solum, ita Stephan. habet, aliaæ editiones, in Mordochai tantummodo.
 66 In omni regno, dictio omnia, abest à plerisque libris; sed male, legitur enim in codice Ebræo.
 67 Editio anni 28, prejæcere fecit sortem (ipsa est GORAL id est fors) coram Haman, qua die & quo menœ debet id agere & cecidit duodecimo (ipse est mensis Adar.)
 68 Stephæ, ut perfieran.
 69 Detraxit autem Stephan.
 70 Agagæo, idem.
 71 Secundum quod placet, editio anni 28, & cod. Reg.
 72 Stephæ. Pro rufus ut precepit Haman.
 73 Stephæ, qui preuerant singulis prouincijs.
 74 Cuiusque. Sic Stephæ, at Lugdun. uniuicue propriam, quomodo etiam legit codex Antuerp.
 75 Stephæ, & missa sunt littere.
 76 Editio Lugdunen. & Antuerp. parvulum.
 77 Stephan. Predam corum, minus placet.
 78 In editione Lugdun. ut poneretur.
 79 Stephanus, manifestum, quod referendum ad Exemplar scripture.
 80 Stephæ, induit se.
 81 In veste facci. Sic est in Stephæ, & in Ebræo. Codex Lugdun. habet quem indutus effet facco.
 82 Stephæ, ad quem verbum regis & lex eius peruenierat.

Editio

- 83 Editio Plantini, indoluit.
 84 Stephæ, quibus induerent ipsum Mordochai, & detraherent faccum eius ab eo.
 85 Hathach, ita Stephan. liber, editio anni 28, HATHAC, perperam.
 86 In Lugdun. & Reg. quem stare fecit coram se.
 87 Stephæ, è regione porte.
 88 In Lugdun. & Reg. quam dixit Haman appendere thesauris regis.
 89 Stephæ, ut disperderentur illi.
 90 Ut peteret, Stephan.
 91 Editio anni 28, ut mori faciat nisi extenderit ad eum rex virgam auream & vinat. ita leguntur etiam haec verba in codice regio.
 92 In Lugdu. & Reg. si in tempore simili attingere fastis ad regnum.
 93 Stephanus, propter me.
 94 Stephanus, quando peribo, peribo.
 95 Stephanus, evenit autem die tertio ut indueretur Esther regio vestimento, & staret.
 96 E regione domus regie legitur in Stephanii codice; & mox, è regione osti domus.
 97 Editio anni 28, recepit gratiam.
 98 Quam manu tenebat, tunc accepit. Stephæ. codex.
 99 Stephanus, quod apparauerat.
 100 Que est postulatio tua, & dabitur tibi, que, inquam, est petitio tua. ita Stephanus.
 101 Nec se mouisset loco repletus est Haman ira. Steph.
 102 Stephanus, & quibus extulisset eum.
 103 Apud Stephanum, quod apparauerat.
 104 Apud eundem, omnia haec non proficiunt mihi quan- docunque ego video.
 105 Stephanus, preparant.
 106 Stephanus, crastina die.
 107 Somnus à rege. Stephan.

- 108 Viro. exemplar Stephæ. de homine. & mox, cogi-
zabat autem Haman, pro, dixitq; Haman. &c., cui spret rex
facere honorem plus quam mihi?
- 109 Et diadema regnum quod impostum est capitū eius.
- 110 Editio anni 28. & detur vestimentum & equus
per manum. & mox, induat. &c., equitare faciat.
- 111 Stephæ. antesignanis. &c., cuius honorem Rex optat.
- 112 In Lugdun. & Reg. clamabant legitur pro cla-
mabat. nam sic est in Ebraeo & in Stephæ.
- 113 Editio Antonij du Ry. festinauit ad domū suam.
- 114 Editio quæ prodijt anno 28. pete & fieri tibi.
secus est in Ebraeo.
- 115 Vi disperdamur, ingulemur, & perdamur. ex Step.
- 116 Venditi frumentis. ita Stephan. editio quæ prodi-
jت anno 28. renderemur. quomodo etiam legūt Bi-
blia regia.
- 117 Qualis est hic qui repletit cor suum ut faceret sic.
editio anni 28.
- 118 Pessimus iste. Sic repperi in Steph. prius erat,
malus iste.
- 119 Stephan. Nōme etiam vis opprimere reginam me
presente in domo.
- 120 Charbona. Steph. Harbona. verior scriptura.
- 121 Editio Lugdunen. pro Mordochai. & mox, super
regem. malim, super rege.
- 122 Parauerat. ita Stephæ. alij, parari fecerat.
- 123 Remouere fecit. Plantini codex & alij nōnulli.
- 124 Editio anni 28. ante eum & conueniens est res an-
se regem.
- 125 Stephan. reuocentur litteræ.
- 126 Cognitionis mee. ita Stephæ. prius erat progenie
mee. Sic habent B. R.
- 127 Editio Lugdunen. scripture enim que scribuntur
nomine regis, & signantur annulo regis, non retrahaban-
tur.

Editio

- 128 Editio anni 28. qui erant ab India usque ad Ae-
thiopiam.
- 129 Stephan. Curorum equestrium. cursor in equis,
vt, miles in sagittis. de quo genere loquendi vide Ani-
mad.lib. i. cap. 20.
- 130 Steph. Quod Rex daret Iehudeis. Editio anni 28.
quas dedit Iehudeis qui erant in singulis ciuitatibus. Exem-
plar Regium, Quod dedit Rex Iehudeis qui erant in sin-
gulis ciuitatibus.
- 131 Editio quæ prodijt anno 28. qui opprimeret eos.
- 132 Editio anni 28. dari legem in qualibet provincia
manifestam. Exemplar editum à Plantino, ut ponere-
tur decretum in qualibet provincia manifestum.
- 133 Editio anni 28. equos, velocissimos mulos, forte
scribēd. equos velocissimos, mulos, mutata distinctione.
- 134 Amictu byssino & purpureo. ita Stephan. editio
anni 28. amictu byssō & purpura. B. R. amictu byssi &
purpurea.
- 135 Et lex eius. abest à B. R. & à Lugdun.
- 136 Decretum eius. Sic Lugdun. at Stephæ. lex eius.
- 137 Principes magni. Sic legitur 1,3. Stephan. hic,
satrapæ.
- 138 Stephan. promouebat.
- 139 Editio anni 28. contra odio habentes illos.
- 139* Stephanus, postulatio tua, & dabitur tibi? & pe-
titio tua.
- 140 Editio quæ prodijt anno 28. pro animabus suis.
aliter est in Ebraeo.
- 141 Stephæ. diem festum.
- 142 Stephæ. codex, propinquos & remotos.
- 143 Partium. Steph. habet, particularum, pro partiis.
- 144 Recepierunt vero Iehudei se se facturos quod incep-
rant quodque scripserat. Stephæ.
- 145 Editio Lugdun. ut deleret eos.
- 146 In eadem editione, cum epistola altera. sed vox
altera

alteration habetur in Ebraeo.

147 In eadem, & suspendunt eum. Apud Plantinum, & suspendant eum. rectum videtur.

148 Lugdun. propter sortem, & paullò post, quid viderunt, &c. quid contigit.

149 Stephanus, adiunctos illis.

150 Lugdun. Ut non transgrediantur ut facerent duos dies hos.

151 Stephanus, memorabiles & solennes.

152 Stephanus, istam secundam.

153 Stephanus, dies sortium istos temporibus suis, quæ admodum iniunxit illis Mordoch. Ieh. & quemadmodum receperunt.

154 Verba ieiuniorum. ita est in Ebraeo. Steph. ieiunia. talis sensus dictio[n]is sacri. verba ieiuniorum, ut verba fraudum.

155 Steph. verba sortium ista, & scriptus est in libro.

156 Steph. quem magnificauit Rex.

157 Editio Lugdunen. & Reg. Quomodo Mordochai Zehudeus secundus regi Ahasveros, & magnus Zehudeus.

F I N I S.



I. DRVSII
IN HISTORIAM
ESTHER ANNO-
TATIONES.

ANNOTATIONES

IN

Caput primum,
vers. 1.

De autore libri Esther ex secundi
do Animad. cap. xxxiv.

Esthera librum, ut Isidorus ait, creditur Esdras conscripsisse; sed credibilius est, cum Esdras in libris suis nullam eius memoriam vñi parit, ab alio quopiam compositum esse. Moses Camius in libro, qui inscribitur DARCHE LEBON HACODES, ait conscriptum esse à viris synagogæ magnæ. Philo Iudeus eius compositorem fuisse tradit Ioachim pontificem Ebraorum magni sacerdotis filium. eum enim id fecisse rogatu Mardochæi Iudei. Abraham Hispanus, qui σόφος cognominatur, ait ipsum Mardochæum autorem esse: atq; hoc significari ijs verbis, que leguntur Esth. 9. vers. 20. Scripsit autem Mardochæus hæc omnia, & misit litteras ad omnes Iudeos.



Ter fuit in diebus copula & otium agit in Latio. satis enim, fuit in diebus Asueri: quod cohæret cum illo, fecit conuiuum cunctis principibus suis. ac si diceret, Accidit tempore Asveri vt is faceret conuiuum omnibus Principibus suis. Sic Ruth 1,1. Et fuit in diebus cum indicarent iudices, & fuit famæ in terra. Latinè. Accidit quo tempore iudices indicabant vt esset famæ in terra. AHASVEROS. vel, Achasveros. in quo CH pro H, Het, vt in Rachab, Rachel, Charbona, & similibus. Veteres libri partim Asverus: partim Aſſuerus. In eo congruunt vniuersi, quod syllabam vnam elidunt ex Ahasveros. Sed & vltimam immutant ad consuetudinem Latinam, Asveros, Asverus, vt Chores, Cyrus, Dariaves, Darius. Igitur in Asverus duplex archaisimus. primū enim elisa het cum sua vocali, Ahasveros, Asverus: deinde vltima mutata ad consuetudinem, quam diximus. Quanquam verò etiam apud Megasthenem Persam reperitur scriptum Alſuerus s geminata, tamē ex Ahasveros, vt nunc legunt scribendum citra controuersiam. Asverus vñica s, καὶ τριστην

τριανταλίσμως, est enim v in nomine Persico non vocalis; sed consonans, vt in *Dariaves*. Dixi de scriptura: dicam nunc de etymo. *Dicitus Ahasveros*, vt mea fert opinio, nomine composito ex *Ahas* & *Veros*. Vtrumq; autem Persicu[m]. *Ahas*, id est, magnus autoribus Ebraeis, frequens in compositionibus. Argumento sunt *Abaſtheranim*, *Ahaſdarphanim*. Græci dicerunt *Aχρ* vel *Ωχρ*. *Veros*

*De emend.
temporum
Lib. 6.*

Oχρης sive *Oχρης*. *Ωχρ* = *Oχρης* coniunctim *Οξυάρες* Oxyares, id est, Ahasveros vel Achasveros. Hic à Græcis vocatur Xerxes, vt idem nos docuit, quartus à Cyro, qui Græciam bello vexauit, quemadmodum prædictum fuerat ab Angelo Dani. i 1: cui successit in imperio Artachſatha, vt colligitur ex i. Ezræ 4, 7. Perperam igitur interpres Græci pro Aſvero referunt nobis Artaxerxem. Nam quin Artachſatha sit Artaxerxes nō est villo modo dubitandum. Græcos interpres secutus videtur Iosephus. Sic enim scribit, *τελευτήσαν-*

το θέξερκου, τώδε βασιλέαν εἰς τὸν ύπον κύρον ὃν ἀρ-
τεξέρεξεν ἐλλειπει καλέστι συνέβη μεταβῆναι. Si hoc verē scribit, fuit Estherē maritus non Xerxes; sed Artaxerxes cognomento μαχρόχειρ, id est, longimanus: quam sententiam tuerunt nostræ pietatis homines haud infimi subsellij. Mihi placet quod Scaliger de hac re prodidit, quem autorem nunc sequemur, dum meliora edocti erimus. Is enim est Scaliger, vt ab eo in temporum ratione temere discedendum non sit. IPSE EST Ahasveros. Hoc adiectum videtur differentiae causa, quia plures fuerunt

Orig. Ind.

Ab. 11. ca. 6.

fuerunt eius nominis, vt credibile est: certè duo memorantur in sacrī litteris. Nam præter hunc, de quo Esdras quoque intelligendus i. Ezræ 4, 6. etiam Aſverus dictus est pater Darij Medi, vt habetur Dani. 9, 1. *Qui regnabat*, qui imperio tenebat centum & viginti septē prouincias. AB INDIA usque ad *Ethiopiam*, inclusu[m] vt loquuntur. Tale est, *A puero ad senem: A parvo ad magnum*. Xerxis verba sunt apud Herodotū, quæ etiā Scaliger adduxit. *Δενὸν μὲν ἄγειν τῷργυμα εἰ Σάκας μὲν χρὶ Ινδοὺς, χρὶ Αἰδίοτας, χρὶ Ασυρίους, ἀλλὰ τε ἔθνεα τολλὰ χρὶ μεγάλα ἀδικήσαντα Πέρσαις ὄντες, ἀλλὰ δινηαριν τῷργυ-*
τάδεις θουλόμενοι καταστρέψαμενοι θούλους ἔχομεν: *Ελλειας δὲ οὐτάρξαντας ἀδικίης ὅν τιμωρησόμεθα.* INDIA. Ebraice Hordv. inserta Nun ἀραβικῶς Hon-
dv. ex quo *Hendia siue India*: quod nos scribi-
mus ac pronuntiamus India sine adspiratione. Hendia reperies hic in libris Chaldaicis. SEPTEM & viginti & centum, Latinè, centū & viginti septē: vel, centum viginti septem, vt vetus editio habet. PROVINCIAS. Græci ἀρχας, Persæ satrapias vocant: recteque Iosephus hunc locum sic interpretatus est, καὶ κατασήσας ἀπὸ Ινδίας ἀχρις Αἰδίοτας τῶν σα-
τρατιῶν ἐκεῖνον ἐκοστεῖλα ὃν σῶν ἀρχοντας. Verba Herodoti, quæ leguntur in Observationibus, semper mendosa mihi visa sunt: sed mutare ea non fui ausus, neq; adhuc audeo sine antiquis libris. Quid tamen si legatur ἀρχας κατεσήσατο ἐκεῖνον ἐ-
κοστεῖδ est, centum viginti, vt proprius accedat ad numerum 127. Nam cum Aſverus Xerxes Dario proximè succederit, vix credibile prouincias fuī-
se sub

Observat.
lib. 12.
cap. 13.

se sub illo centum viginti septem, sub hoc virginiti duntaxat.

Vers. 2.

QVVM federet. Scholiaites Ebræus alter expoit, quām planè confirmatus esset in regno suo: alter, Quum quiesceret à bello Índico & Äthiopico. Vatabli ad hunc locum note habent: Quum rebus summa tranquillitate & alta pace frueretur, posteaquam redegerat in potestatem suam quicquid erat ab Índia usque ad Äthiopiam: quum, inquit, viatis hostibus federet in solio suo quod erat in Susan urbe illa regia ac metropolitana. Hactenus Vatablus. Quae omnia eiusmodi sunt, ut praefitisset ea silentio transmittere. Neq; enim verba Ebræa aliud innuunt, quām Asyverum Sufis fedem regni habuisse, cum ista acciderent. In SVSAN regia. infra in Susan palatio. 8, 14. omnino melius. Nam regia, id est, domus regis, infra vers. 5: aut domus regni. 5, 1. BIRA autem est ARMON, id est, palatiū, ut Grammatici tradūt. ab eo βάρις verbum ἐπιχώπιον Palæstinæ, quod & Theodosio usurpat Dan. 8, ver. 5. & interpres Græcus Psalmorum ἀπὸ βαρέων ἐλεφαντίων dixit, cū significare vellet palatia eburnea. Cæterum codex Ebræus habet HECHAL hoc postremo loco. De templo usurpatur 1. Para. 29, 1. Sed & Nehem. 7, 2. similiter, vbi Græcus edidit τῆς βειρά, vult dicere τῆς βάρεως. Nehem. 1, 1. ἐν σουσαναβερά corrigere meo periculo ἐν σοῦσαγάδειρά, id est, in Susan Habira. Rēdeamus domum. Pro, in Susan regia Græcus edidit ἐν σούσοις τῇ τόλει: eodemq; modo interpres Latinus; qui tamen in Daniele

ANNOTATIONES.

niele in Susan castro posuerat tanquam ibi aliud significaret. Fuit tempus cum eximimare & apud Santem esse in Susan ciuitate: sed postea cum collatis exemplaribus interpretationem eius tanquam in trutina ceipi perpendere, aliter deprehendi. Verit enim certe consensu exemplariorum hoc loco Santes, in Susan regia. Iam diximus in Susan ciuitate, id est, HAIR. Qui emendare hunc locum voluerunt, verterunt, in Susan metropoli: alij in Susan urbe regia. Sed quæ vox ne urbem quidem significat, quomodo significabit aut urbem regiæ, aut metropolim? Non enim profecto BIRA ipsa vrbs vocabatur, sed locus erat eius nominis in urbe aut prope urbem, neque solet autor Megella cum urbem significat, hoc modo loqui: sed urbē vocat in qua etiam Iudei commorabantur: Biram, in qua Rex, regisq; officiarij. Locus iste erat in Elam Hamedina, vt ex Daniele didicimus, cuius se vidisse ruinas testatur Benjamin in Itinerario: in hoc falsus, de animi mei sententia, quod apud Danielem per Medina ciuitatem intellexerit, cum ibi potius denotet regionē, vel certe territorium Susorum; in quo & ipsa vrbs erat, & is locus, qui propriè Susan Habira. ita mihi videtur.

vers. 3.

In anno tertio. pronomen hic abundat, nec Stephani codices illud agnoscunt. Quare inducendum, meo animo. Quo regnauit. est cur malum, anno tertio regni sui. Hic annus primus erat à subiecta Ägypto, ita vt credibile sit hoc conuiuium factum partim ob rem bene gestam: partim vt cū

di coniecturis veritatem se penumero erutam esse. Et *viride*, copula & non habetur in codice Ebraeo. Tremellius & Junius hic nō discrepant. *viridia* enim in illis est quibus patrocinatur autor Ierosolymitanae vñs interpretamento, quod prasinum colorem designat. Quinetiam David Camius in libro radicum Ebraicarum, *CHARPHAS*, inquit, *est genus coloris, & dicunt quod sit color viridis*. Aben-ezra homo doctus scribit lingua Cedarena esse colorem similem candido, qui conspi ciatur in serico. Vetus habet *carbasini*. Græca καρπάσιον. Apud Suidam καρπάσιον, καρπίνη. impēt̄. neque enim carbasina sunt cortinæ, nō magis sanè quam byssinæ, aut purpureæ: sed est epizethon sine re. *carpasine* pro carpalinæ cortinæ, patet ex hoc ipso loco, quem Suidas, quāquam dissimulato libro, ibi adducit. In *circulis*. vel, *ad circulos*. Et *columnis marmoreis*. nihil muto: tamen si Græcos sequemur, vertendum, & *columnis parvij lapidis*. ita Ses erit λιθῷ τάπῃ, siue, ut ipsi scribunt, τάπινῳ. Quam interpretationem eō libenter adduxi, quod ex monumentis τῶν διδασκάλων appareat, diuersum quid esse SAIS & marmor. Scriptū enim in ijs est, & *lapidibus SAISA & marmore*. Porrò marmor hic ediderunt prēter Santes etiam prisci translatores Chaldeus & Latinus. *Super pavimentum porphyriticum*, prius erat, ἐπὶ λιθοφύτευσι, & in Latina vetere *super pavimentum smaragdino stratum lapide*. Sed in exemplari Chaldaico, *stratum crystallis*; ex quo, forte Arias expiscatus est *super pavimentum crystalli*.

Si verum

Siverum est quod Santes posuit BAHAT in nostra lingua valet porphyrites, hoc est, marmor rubens purpuræ in modum. In libro significationum Ebraicarum: *Aiunt esse id quod Arabum lingua Balnat vocatur, estq; simile marmoris SAIS*. Et *marmoreum*. Ses, marmor, vt supra. Dicitur & SAIS 1. Paralip. 29, 2. Apud Camium libro vbi vocum sensa collegit, SAIS *barbare marmor*. Sed in Scriptis Magistrorum felicis memoria videtur esse *duæ species*, dicunt enim, *lapidibus SAISA & MARMERA*, hoc est, marmore. Hactenus Camius. Thargū quod ab urbe nōmen habet Ses; marmor. Vetus interpres hunc locum sic connertit, & *pario stratum lapide*. supra verterat, & *columnis marmoreis*, cum tamen idem verbum sit in Ebraeo. Græca ecclesia legit ράπινή: que lectio semper mihi suspecta fuit: & fieri potest vt ea vox aut locum comimitaret aut aliunde irrepserit. Quod eō magis credo quia sequitur ράπινή, id est, parij lapidis. In primo ράπαλειτομένων veteris omnis interpretationis *marmor parvum*. comprobat suspicionem meam. Et *parium*. Quæ sit suspicio nostra de Græca lectione, iam diximus: ex ea Santes hausti, & pariū. In Chaldaica Ierosolymitanæ versum competior, & *dora ciuitatum maris magni*. sensus est, & dora lapide, qui inuenitur in ciuitatibus ijs, quæ adiacent mari magno siue mediterraneo. Dora nomē est lapidis. Declarant ea, quæ nūc apponam. Scriptum est in commentario quodam Ebraico super hunc librum: *Samuel ait lapidem pratiostum esse in ciuitatibus maritimis, qui Dora nuncupetur*.

D s

Et

di coniecturis veritatem si e numero eratam esse. Et *viride*, copula & non habetur in codice Ebraeo. Tremellius & Junius hic non discrepant. *viridia* enim in illis est quibus patrocinatur autor Ierosolymitanae vsus interpretatione, quod prasinum colorem designat. Quinetiam David Camius in libro radicum Ebraicarum, *CHARPHAS*, inquit, *est genus coloris, & dicunt quod sit color viridis*. Aben-ezra homo doctus scribit lingua Cedarena esse colorem similem candido, qui conspicatur in serico. Vetus habet *carbasini*. Graeca καρπάσιον. Apud Suidam καρπάσιον, κορτίνη. interpret. neque enim carbasinae sunt cortinæ, nō magis sanè quam byssinæ, aut purpureæ: sed est epitheton sine re. *carpasina* pro carpasinae cortinæ patet ex hoc ipso loco, quem Suidas, quāquam dissimulato libro, ibi adducit. In *circulis*. vel, *ad circulos*. Et *columnis marmoreis*, nihil muto: tamen si Græcos sequemur, vertendum, & *columnis parvij lapidis*. ita Ses erit λίθῳ ταπιῷ, siue, ut ipsi scribunt, ταπιῷ. Quam interpretationem eō libenter adduxi, quod ex monumentis τῶν διδακτῶν appareat, diuersum quid esse SAIS & marmor. Scriptū enim in ijs est, & *Lapidibus SAISA & marmore*. Porro marmor hic ediderunt preter Santeum etiam prisci translatores Chaldeus & Latinus. SUPER *pavimentum porphyriticum*, prius erat, τῇ Λεσσοφέραι συρπερίτῳ, & in Latina vetere, *super pavimentum smaragdino stratum lapide*. Sed in exemplari Chaldaico, *stratum crystallis*: ex quo, forte Arias expiscatus est *super pavimentum crystalli*.

Siverum

Si verum est quod Santes posuit BAHAT in nostra lingua valet porphyrites, hoc est, marmor rubens purpuræ in modum. In libro significationum Ebraicarum: *Ciunt esse id quod Arabum lingua Balnut vocatur, estq; simile marmori SAIS*. Et *marmoreum*. Ses, marmor, vt supra. Dicitur & SAIS 1. Paralip. 29.2. Apud Camium libro vbi vocum sensa collegit, SAIS *barbare marmor*. Sed in Scriptis Magistrorum felicis memoria videtur esse duas species, dicunt enim, *Lapidibus SAISA & MARMERA*, hoc est, marmore. Hactenus Camius, Thargū quod ab urbe nōmen habet Ses, marmor. Vetus interpres hunc locum sic conuerit, & *pario stratum lapide*. supra verterat, & *columnis marmoreis*, cum tamen idem verbum sit in Ebraeo. Graeca ecclesia legit ράπις: quæ lectio semper mihi suspecta fuit: & fieri potest vt ea vox aut locum cominutari aut aliunde irrepserit. Quod eō magis credo quia sequitur ράπις, id est, parij lapidis. In primo ράπαλεινομένων vetus omnis interpretatio *marmor parium*. comprobat suspicionem meam. Et *parium*. Quæ sit, suspicio nostra de. Graeca lectione, iam diximus: ex ea Santes haulsit, & *pariū*. In Chaldaica Ierosolymitanæ versum competior, & *dora ciuitatum maris magni*. sensus est, & dora lapides, qui inuenitur in ciuitatibus ijs, quæ adiacent mari magno siue mediterraneo. Dora nōmē est lapidis. Declarant ea, quæ nūc apponam. Scriptum est in commentario quodam Ebraico super hunc librum: *Samuel ait lapidem pīatio sum esse in ciuitatibus maritimis, qui Dora nūncupetur*.

D 5

Et

Et in Libro radicum Ebraicarum, *Magistri affirmant DAR lapidem esse pratiostum, qui in ciuitatibus maritimis, & Dora alio nomine dici: itē aiūt, si ponatur in medio triclinij, lucem adferre meridianam clariorem.* Sed & parim eorū dixerunt quod vocatus sit eo modo DAR à libertate quam conciliat mercatoribus eos dinites ac opulentos reddendo. Hæc ibi: quæ quidem profectò parum solida mihi videntur, sed ex quibus diligimus tamen Dar nomen lapidis esse. Caeus ergo à Tremellij habitatione & circumposito apparatu, cum neque infra neque supra sit, quod eam interpretationem admodum iuuet, quam neque autoritate villa, neque exemplo confirmat. tantum coniectura nititur. Sed ex coniectura eademque leui sollicitare receptam sententiam, suamque pro illa temere intrudere, quod hīc & alibi sape fecerunt interpres illi, culpandum videtur. Et *byacinthum lapidem* emendat, & *lapidem mercatorum*. Sed quis lapis mercatorum? Habet codex Ebraeus SOHARETH, vel si mauis SOCHARETH. De hoc in Libro radicum, *Lapis est pratiostus, cuius appellatio forte ab eo quod semper sit in manibus mercatorum. mercator enim SOHER dicitur per H. het.* Hæc Camius: cui in etymologia non admodum assentior. Nam adducor ut credam aliunde appellationem habere. Et quanquam hæc ita obscura sunt ut de ijs quicquam temere non sit affirmandum, tamen censeo potius ita appellatum à rotunditate; unde & scutum dictum SOHERA à forma scuta, id est, rotunda. rotundum enim significant Ebrei eo vocabulo

SOHER.

SOHER. Sed fortasse fallor, & dictus ita lapis ille, quod triclinia eo sternerentur. Sanè BETH ASHARANVTHA est triclinium, in quo per circuitum accumbunt. De hac re scripsi & admonui pridem cap. 74. cent. 1. Miscella.

Vers. 7.

Et propinabant. Græcè melius dicas καὶ ἐπότιζον, id est, potum præbebant. aut est nomen ex infinito, & subintelligitur erat. VASA à vasis varia. emendatum in Biblijs regijs, vasa à vasis iterantes. sed frustra, aut ego frustra sum. Interpres sententiam optimè expressit. verbum è verbo; *vasa à vasiss iteratio*, iterantia. id est, varia diuersa sunt, Leges eorum iterantes ab omni populo. id est, diuersæ à legibus aliorum populorum. Subintelligitur utrobique verbum substantiuum, vt sit, *leges eorum mutantes erant: vasa iterantia erant.* idque more in ea lingua protriō. Hunc locum vetus translater expressit his verbis, Bibebant autem qui iniunctati erant aureis poculis, & alijs atque alijs vasib⁹ inferebantur. Vide cent. 1. Miscell. cap. 16. MVLTVM. multum ac præstans. libri veteres, non improbo. SECUNDVM potentiam Regis. Sic loqui solet Ebraica consuetudo ut dicat, secundum manum Regis, vel, pro manu Regis: cuius locutionis exemplum licet iniunire apud Iosephum Gorionis lib. 3. Dedit munera secundum manum Regis. sensus est pro facultate, aut copia Regis: pro opibus regijs.

Vers. 8.

SECUNDVM legem erat, qua cāutum ne alteral-
terum

terum cogeret ad bibendum. Sed fortasse aliter distinguendum, vertendumque, & potum secundum legem nemo exigebat, hac sententia, nemo potum ab altero exigebar, nemo alterum cogebat, ut tum consuetudo erat. Ex hac mente Græca ecclesia legit δὲ τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν ἀποκείμενον νόμον ἐπίτερον: in quo νόμος aliud nihil est quam consuetudo, ut notamus lib. 12. cap. 7. Obseruat. Quod si cōtemnimus; prius sequemur, quod mihi omnino probabilius videtur, præfertim cum verbum Ebraicum DATH pro consuetudine in hoc libro non usurpetur, quod sciām. Tremelius, *potum nemo ex iure exigebat.* ambiguè. Nam exponi potest, *potum nemo exigebat ex iure*, id est, legitimè, quod faltum est: acinde ut exponatur ex mente legis, tamen minus est exigere potum, quam cogere ad bibendum, sed hoc minutum, itaque de eo non contendemus. Nō nō erat qui cogeret. vel, *nemo cogebat.* ad verbum non cogens, abest verbum substantiu[m]a, ut solet. Sic disposuerat, vel, *constituerat*, aut, *præscriperat.* Cur? haud dubie quia potatio non amplius legitima erat, hoc est, ex præscripto legis, quæ tum præua consuetudine inoleuerat. Facio coniecturam ex Xenophonte. Ait lege cautum fuisse apud veteres Persas ne amphora (τροχοῖς vocat) ad cōniuia importarentur; quod existimarent ini[n]ius tum corpora tum mentes debilitari si quis non nimium hauriat. *Nunc vero,* inquit, *has non importari restat id quidem,* tantum vero bibunt (loquitur de Persis sui temporis) *ut non importet,*
sed

ANNOTATIONES.

61

sed ipsi exportentur, quando nimis recto corpore non amplius exire possunt. Habetur hoc lib. 8. de institutione Cyri. Cū omni magistro domus sua. codex Ebreus pro cum habet super, quod tam ~~magistro~~ veroque, præscriperat unicusque magistro domus sua (hoc est, omnibus dispensatoriis suis) ut facerent pro voluntate cuiusque: sensus est, ut tantum vini præberent, quantum quisque vellet, vel potius, ne plus præberent, quamvis vellet. Iosephus hunc locum sic interpretatur τροστὴ ταῦτα δὲ καὶ τοῖς διακόνοις μή βιάζεσθαι τινῶν τὸ τάρον ἀλλοίσι συνεχῶς τροσφέροντας, οὐδὲ καὶ ταράπητας γίγνεται. CIVIS QVE. Ebraica phras[is] hoc dicitur, *viri & viri.*

Vers. 9.

ETIAM Vasthi. Vasthi scripserim libentius, quam Vasti. est enim Thau in scriptura Ebraica. Tamen si quis malit Vasti, non admodum repugnabo. In Græcis biblijs reperio &c; mendum perpetuum pro ὄνται, sive, ut est apud Iosephum, ὄνται. sed placet ὄνται vel ὄνται. Vasthi, ὄνται, ut V A R O S ὄνται, vnde Οὖνται, qui & Ahasveros, ut diximus. CONVIVIUM Fœminarum. quartum videlicet mariti apud regem coenabat. Nam mos Persarum, ut conuiuijs virorum non interessent vxores. Adhibuit ergo regina, ut credibile est, vxores purpuratorum, & fortasse eas omnes fœminas, quæ tum præsentes erant in Susan Habira. IN domo regni, ἐν τοῖς βασιλεῖοις. hoc est, in regia, quæ & dominus regis 2,7.

Vers.

Vers. 10.

DIX *septimo*. codemque postremo conuiuij. **C**VM *iocundum* esset. Græcus ἡδεῖς γενόμενος ὁ βασιλεὺς: Latinus, cum rex esset hilarior, & post nimiam potionem vino incaluisset. prior enim minus; alter plus dicit quām in Ebreo sit. Nam neque simpliciter ibi hilaris fuisse lectū, neque post nimiam potionem incaluisce vino; sed ita ad verbum, *cum bonum esset cor regis in vi-*no. sensus autem est, cum animus ei esset vino hilarior, quum cor suum vino exhilarasset. Scitum illud *vinum latificat cor hominis*: quod apud Dauidem esse, nemo iam duntaxat litterarum sacram-*rum dux ἀγεύς Θ-*, ignorat. **P**ROPTER *vinum*. Alij *vino*, quod magis arrideret. **D**IX I T. *dixit* hīc valet edixit, præcepit, mandauit. Vide Lib. I. cap. 4. *Animaduersiorum*. **M**E H V M A N. vel, *Ma-*human. antiqua consuetudo. Libri veteres. Ma-human Græci scribunt *Μαγνας*, ex quo Maūman; sed placet Mahuman cum adspiratione. ex prisca consuetudine sunt & Bagatha, Bazatha, Abgatha, apud interpretem veterem. In collectaneis nominum propriorum, Mahuman, *turbatus, vel tu-*multuans, *vel multitudo*. Etiāmne Persicum no-men ad origines Ebraeorum referemus? Quid ineptius? Sic in eodem libro Cyrus, *quasi pauper,* *aut venter*. Non ferendum: ne illud quidem, Af-verus, *Magnus & caput*. Nam R o s in Ahasveros Persicum est, non Ebraicum. Idem iudican-dum de alijs nominibus, quæ in hoc libro: quæ fere omnia Hieronymus nec interpretata reli-quit.

quit, prudenter sanè, & ita virum boni iudicij facere decet. **C**HARBONA. vel *Harbona*, huius mentio infra 7,9. apud Iosephi interpretem Latinum nominatur Sabuchadar: apud Iosephum inservit, hoc est, in exemplari Græco σαβυχάδας. **Z**ARATH. *zārath* longum. perperam Zarath in quibusdam libris Latinis. In Græcis sūcieroribus Σῆρας optimè. **Q**V VI ministrabant ante faciem regis. emendo, qui ministrabant facies regis: qtd sic legitur in Ebraeo ad verbum, *qui ministrabant facies regis*. quæ locutio bifatiam Λεπάζει: primū in cōstructione verbi *ministro*: deinde in eo quod facies regis dicit pro ipso rege. Hoc Santem non animaduertisse, mirum videri non debet, cum ne Tremellio quidem in mentem venerit vt quicquā hīc immutaret, qui tamē illo posterior mul-to fuit.

Vers. 11.

CVM *diademate regni*. aut, *cum cidari regia*. quod magis placet, quia diadema inter & cida-*rim* nonnulla differentia est: **C**H E T H E R autem est cidaris, vt notamus lib. 12. cap. 12. Obseruat. Hic locus me dubitare facit de eo, quod supra scripsi. Scripsi *domum regni*, & *domum regis* idem esse, ita tum opinabar. Nunc mihi differre viden-tur, vt cum dicimus *cidaris regni*, & *cidaris regis*. Nā profectò quæ regis est cidaris dici potest cida-*ris regni*, sed non contrā. idque ex hoc loco ma-nifestum est. Sic fieri potest vt domus ea, in qua Vasthi fœminarum conuiuium fecit, alia fuerit ab ea quæ infra 2,7. *domus regis* dicitur. Docti igitur

igitur viderint. ego nihil decernere ausim. **P**o-
PVLIS, qui erant in Susan Habira. **D**E **C**ORA
aspe^ctū forma egregia ac liberali καλλε τὰς γυ-
ναικας ἀνάστας ὑπερβάλλεται. Iosephus.

Vers. 12.

Et renuit. Cur vocata ad regem venire nolue-
rit, caussā reddit Iosephus satis probabilem,
qui si modō interpretari potuero, his fere verbis
vtitur. *Similiter Vasthi regina muliebre conuiuum*
in regia habuit, cuius forma pulchritudinem, qua-
cateris omnibus fæminis præstabat, *cum rex simul*
accumbētibus vellet ostendere, misis eunuchis ins-
fit eam venire ad conuiuum. Qua quod leges Per-
sarum veterauerit uxores confisci ab extraneis, cum
eas seruare proposuisset, non acceſſit ad regem.
Cumq; sepius eunuchos mitteret ad ipsam, nibilo-
minus manſit recusans venire. Haec tenus Iosephus.
Ad verbum regis. ad mandatum regis spadonum
ministerio perlatum. **P**er manum eunuchorum.
per eunuchos. elegans & antiqua dictio, cuius
exempla paſſim licet inuenire. Exod. 9,35. quem-
admodum locutus est dominus per manum Mosis.
2. Sam. 11,14. scripsit David litteras ad Iob, quas
misit per manum Virie. 1. Reg. 3,1. Confirmato re-
gno per manum Salomonis. Exod. 35,29. quod Do-
minus inſerat fieri per manum Mosis. In his om-
nibus locis verbum è verbo est in manu. **E**V N V
C H O R V M. Tremellius & Iunius, aulicorum. non
probo. **I**RA **Q**VE eius succensa est in eo. vehe-
menti ira incensus fuit. Addit Iosephus ipsum
propterea conuiuum soluisse: cui fauere viden-
tur,

tur, quæ infra mox sequuntur. posset ita esse: ta-
men quid si dicamus consultationem illam fa-
ctam inter pocula: vt illud, & propinquus ei hanc
sententiam contineat, & proximè ei in mensa af-
ſidebant. Certè Persas de rebus etiam grauiffi-
mis, non nisi potos consultare solitos, notius est
ex historia, quām vt probari debeas.

Vers. 13.

SCIENTIBVS tempora εῦ ἔθοι χρόνων. ac si
diceret, scientibus res gestas singulorum tempo-
rum, qui historiam docti, & ab vſu rerum peritis-
simi erant. hoc interpres Chaldæus dixit, *scienti-*
bus scientiam temporum. Nam *scientia temporum*
aliud nihil est, quām cognitio historiæ & anna-
lium. Ex hac mente capiendum, 1. Paralip. 12,32.
è filijs Iſsachar scientibus intelligentiam temporum.
SIC consuetudo regis. Ebraicum exemplum ver-
bum habet, quod hic valet à Salomone scholia-
ste, *consuetudo: quern Santes autorem fecitus mihi*
videtur. Tu considera ne magis sit interpreta-
ri, *Sic res (erant) regis.* (Nam verbum pro re ſu-
mi notum est) vt hoc dicat, *Quia res regis eo mo-*
do agi ac confūtari ſolebant videlicet coram pe-
ritis legum & iuris. *Res regis.* id est cauſæ, que-
rela, lites, negotia regis. Tremellius hunc locum
ſic interpretatur, *Nam sic negotium regis expone-*
batur omnibus noscentibus ius & iudicia. Huc re-
ferri poſſent, quæ apud Herodotum tertio volu-
mine, οἱ δὲ βασιλῆις δίκαιοι, κεκριμένοι ἄνδρες γίνο-
ται Περσῶν, ἐς οὓς ἀποδάνωσι, ἢν σφι μὴ ταρευρεδῆ τε
ἀδίκου μέχρι ταύτων, οὗτοι δὲ τοῖσι δίκαιοι δικάζονται, καὶ

E Εἰρηγχύτοι

Ἑργητὴ τῶν πατέων θεσμῶν γίνεται, καὶ πάντας τοὺς ἀνακέτας. Si vacat, lege & precedentia, quæ breuitatis ergo à nobis hic omilla sunt. **L E G E M & iudicium.** vel, legis & iudicij. Sic est in Ebraeo. **I V D I C I V M.** autem idque magis, quo magis confidero, placet. **D I N** etiam lité significat. thema **D A N** iudicauit, litigauit. Vide animad.lib.1.cap.12.

Vers. 14.

Et propinquus ei. vtrum affinitate? vt hoc dicat, & cognati eius. an loco? aut potius dignitate? Sic Vatablus: & propinquus ei, vult dicere qui prima apud illum autoritatis erant. Ali quanto post ait, qui sedebant primi in regno. **M E R E S.** vel **M a r e s:** quod antiquè lectum pro Meres; vt Habel pro Hebel. **M E M Y C H A N.** Olim erat **M u m - ch an.** pro eo critici Massoritæ reposuerunt Memuchan. Fortè ex libris melioribus. Vetus interpres Mamuchan, firmat hanc postremam lectio nem. Apud Iosephum **M u m - ch an.** Quid si μεμονώθει aut μεμονώσῃ: postremum est Mumchanus, forma nominis Graeca ex Mumchan. **M u m - ch an.** etiam scriptum lectum in biblijs Græcis Balilæi impressis. **S E P T E M p r i n c i p e s.** vocantur 1.Ezra 7, 14. **septē consiliarij regis.** apud hos τῶν νόμων ἐξῆντος erat autore Iosepho. **P A R A S.** poscit antiquitas, & Orientis consuetudo Pharas. Pharas & Madai: id est, Persiae ac Medie, aut Persarum ac Medoru. **V I D E N T E S faciem regis.** regis intimi ac summè familiares, qui regem oculis usurpabant. Neque enim cuivis licebat videre regem. Nam apud Persas,

Persas, vt scribit Inslinus is, qui Trogum in epitomen redigit, persona regis sub specie maiestatis occulitur. Atque hoc pertinet, quod infra de Hamane, & faciem Hamanis operuerunt, videlicet ne videret regem, quem tantopere offendierat. Si quidem cui rex iratus erat ex familiaribus, ei statim vultus obuelabatur, tāquam indigno qui regem oculis usurparet. **Q u i s edebant primi in regno.** qui primam ac præcipuam dignitatem obtinebant in regno Persar. Nam Persarum satrapæ pro dignitate cuiusque sedes habebant apud regem, idque ex Cyri instituto. Vide Obseruat. lib. 12. cap. 25. Quibus addo ex scholijs Ebraicis ad hūc locū. In libro Regū Persidis, vt Aben-ezra ait, scriptū inuētū est apud Persas fuisse quatuor ordines principū, qui suis sedibus singuli distincti erant, ita vt primi ordinis satrapæ primo loco federent, & sic deinceps. **P R I M I . R I S O N A,** id est, primo. subintelligitur enim Beth, vt sit **B A R I S O N A.**

Vers. 15.

S E C U N D U M legem quid faciendum. ordo & constructio, *Dixit sapientibus scientibus tempora;* **Quid faciendum regina Vaſthi secundum legem?** Verba illa, *dixit sapientibus scientibus tempora habentur supra verl. 13.* Que interiecta, includenda sunt parenthesi. **I n reginam Vaſthi.** Tremellius, *regina Vaſthi.* placet. **S E R M O N E M.** quo eam accersuerat ad se per eunuchos. hoc vult, Quia accersita per eunuchos, non paruit. **R E G I S ab aſveros.** id est meum. Tale est, *Et dixit Dominius, ascende ad Dominum.*

E 4

Vers.

Vers. 16.

M E M U C H A N. Scriptum hic *Mumchan* in exemplari Ebraeo: lectum *Memuchan*. notant Massoritæ. **P E C C A V I T.** vel *iniquè egit*, Græcis ἀδίκησε. Peccauit autem **C O N T R A** regem. facto. **C O N T R A** principes & populos. exemplo.

Vers. 17.

V E R B U M reginae. fama de hoc facto reginæ. **V t** contemnunt ea cauſa erit ut cōtempnant suos maritos. **D u m** dicent. ad verbum, *quum dicent ipsi*. & subintelligitur *homines*. Ideo non male reddunt qui reddunt, *quum dicetur*. **D i x i t**. edidit, iussit. **V t** ducerent maluissim, *ut adduceret*. **N o n** venit. noluit venire.

Vers. 18.

E t die hac. iam hoc ipso die obijcident factum reginæ maritis suis. Admonet Vatablus verti posse, de die isto: quod cum aliquamdiu cogitans examinaſtem, veni in hanc opinionem verti etiā posse, & diem hunc. Quod eò magis placet, quia in Ebraeo non sit **A L H A I O M**, neque **B A I O M**; sed simpliciter **H A I O M**. **D i c e n t**. obijcident **D o m i n æ**. rectius, *principes* fœminæ. Vetus habebat, *principum coniuges*. præclarè. **V E R B U M** reginae. factum reginae. **A d o m n e s** *principes regis*. omnibus regijs principibus. **E t** abunde magnus plus satis Tremellius. valdè probo. ad verbum, plane satis. Alij, secundum sufficientiam. Sed quis vñquam ita locutus est, secundum sufficientiā contemptus & ira? ego sine vlla dubitatione prærendum censco, plus satis contemptus & ira. ex quo

quo intelligi potest in CHEDAI vocabulo Ebraico Chaph ḥēdāyē elle; non σοχασικόν, aut ὁμοιαμάτικόν. Et *ira*. inter coniuges. Ebraicè **C E S E P H.** de quo Obſeruat. lib. i. cap. 24.

Vers. 19.

S i regi bonum est. malum, si regi bonum videatur: vel, si regi placet. Sic vetus interpres elucidat. **E G R E D I A T V R.** prodeat, promulgetur. **V E R B U M**. editum, decretum. A *confpectu eius*. nomine eius. **I N T E R** leges. Trem. inter iura. Ad verb. *in legibus*. Vetus habet, *juxta legem*, videtur legillē Chaph in loco Beth: aut secutus est inter- **Vide Dan** pretem Græcum, qui hic edidit, καὶ τὸν νόμον^{8,5}. μῆνας τερτιῶν. id est. **C H E D A T H E**. **N E Q U E** transfeat. subintellige quisquam. Transire hic vallet transgredi, violare, vt 3, 3. **C u r** transfiſ præceptum regis? Verior expolitio, *neque transit*, neque reuocetur: vel potius, vt ne reuocetur. ac si dicceret, decretum tale sit quod reuocari non possit. **Vide infra** 9, 27. & 28. Nam quæ relata in leges Persarum ac Medorum, rescindi nō poterant. **Dan.** 6, 8. vbi & cādem locutionem, quamquam alijs verbis, reperire licet. **Q u o d** non veniet. decreti sententia hec sit, ne Vasthi regina posthac veniat in conspectum regis, & vt rex eius regnum det alteri ea meliori. **C O R A M** rege. Iosephus ἔδοξε τὴν σύζυγην ἐκβαλεῖν, καὶ δοῦναι τὴν ἐκείνης τίμιον ἑτέρη γυναῖκα. Si hoc rectè Iosephus, per verba illa, non veniet coram rege, à thoro: per sequentia, à regno expellitur. **R E G N U M** eius. regiam ipsius dignitatem. **D A B I T** rex. detur eius regnum

alteri ea meliori. Dura sententia: sed sciendum Persas erga vxores duros & atroces semper fuisse, Plutarchus Themistocle, τὸ βαρβαρικόν γένος τὸ πολὺ, καὶ μάλιστα τὸ Περσικὸν, εἰς ζηλοτυπίαν τὴν τερπτὰς γυναικες ἀγύριοι φύσει καὶ χαλεποῖς εἰν. Athen.lib. 13. in principio δὲ στότιον ἀρχει τῆς γαμετῆς δι βασιλεὺς de Persa sermo est. SODALI. vel potius *socia* aut *proxima*, id est, alteri, purus putus Ebraicus. Vide quę scripsimus lib. 7. cap. 12. Observat.

Vers. 20.

V E R B U M regis quod faciet. decretum quod faciet. **Q V I A** magnum est. quod latissimum est tralatio vetus. non displicet; vt **C H I** hic sumatur pro **A S E R**. Tremellius, ut ut magnum est. Aben-ezra, tamenetsi magnū est. Alius interpres, quam latè patet. Plures interpretationes adduxi, meum illud seruans vt vobis relinquem iudicium, vos igitur eam eligetis, quam ad locum aptius conuenire iudicabitis. **T A M** magnis quam parvis, omnibus sine exceptione proverbiale.

Vers. 21.

V E R B U M δὲ λόγος. hæc res, hæc sententia. **I V X T A** verbum. iuxta consilium, editio vetus.

Vers. 22.

E T misit. Rex. vel, missa sunt. vt, Reputauit ei pro iustitia. ἐλεγίδην. reputatum fuit. Ad omnes prouincias regis. Ebraica consuetudine loquendi regis posuit pro eo quod est, suas. vide supra vers. 15. **S E C U M D U M** scripturam suam. earum maxime quam suam, potest etiam verti, ad unamquæque prouinciam secundum scripturam eius. Vide-

tur

tur hoc velle, misit litteras cuiusque prouinciae characteribus scriptas. Niſi potius hoc dicit, scriptas fuisse litteras illas cuiusque regionis ſtilo & modo ſcribendi. Et loquatur secundum linguam populi ſui. viuat more patrio, & ſeruerit conſuetudinem popularium ſuorum. locutio, mea ſententia, merē prouerbialis, quam neque Tremellius, neque Vatablus intellexisse videntur. Vide Observat. lib. 11. cap. 10. Tremellij verba ſunt hunc locum interpretantis. quod dixit quisque lingua populi ſui. Nolo τερπερεύθαι. Si Ebraica verba diligenter attenderis, eaque cum eis, que præcedunt in eodem versu, contendenis, intelliges profectò, meam non Tremellij expositiōnem veram esse.

CAPVT SECUNDVM

Vers. 1.

POSt hæc. poſt verba hæc Ebraicum loquendi genus, quo vſus eſt & autor primi Machabœorum Græcè ad hunc modum ſcribens μετὰ δὲ ἑπτακαὶ ταῦτα συνήγαγε Τιμόθεος παρεμβολὴν ἀλλων. cap. 5. vers. 37. Vetus interpres, His ita geſtit. eleganter. **C V M** quiueriſſet. appetat cum ex hoc verſu, tum ex Iosepho Regem in magno defiſiderio fuſſe coniugis abiecta: quam ob non ita magnum peccatum, magno ſupplicio affecerat; cuius ſupplici, vt ait Iolephus, eum poſtea penituit. Quod tamen coniectura probabilius, quam autoritate certius eſt. **R E C O R D A T V S**, mentione facta

apud ministros suos. Q uod fecerat. Vasthi regina. Eius quod decretum erat. sciebat enim, quod inter iura regni authenticā relatum esset, ex Persarum & Medorum legibus, quae irrevocabiles erant, rescindi non posse. itaque Iosephus, μηφέρων τὸν δικέντημ, καταλαμήνει μὲν αὐτῇ διὰ τὸν νόμον τούτῳ ἀδύνατο. SUPER eam. contra eam. Sed super ea, magis implet aures meas. Tremellius mea.

Vers. 2.

Et dixerunt. ideo dixerunt. MINISTRI eius. qui ei ministrabant. Iosephus amici eius. sati audacter. Quārant regi pueras. quarantur regi pueræ. doctæ. vt alia. interpres vetus. DECORAS aspectu. bona ac liberali specie. formotas.

Vers. 3.

PRÆFICIAT praefatos. constitutat procuratores Tremellius & Iunius. IN omnibus provincijs. Iosephus καὶ ἔλην τὴν δικαιμένην. nimis liberè. Et congregent. qui congregent. & pro qui passim obuiam. hoc primum: deinde congregent positum (videtur certè) pro congregent & adducant. Simile est. capies carbones ignis super caput ipsius. pro. capies & pones. exemplorum talium pleni sunt libri. IN Sejan regia. emenda. in Sejan regiam. est enim E L in exemplari Ebræo. IN domum mulierum. ad domum puellarum virginum. hēc domus communī vocabulo appellabatur gynæceum. illa verò. in qua vxores & pellices. dicebatur gynæceum alterum siue secundum: cui. præterat

præterat eunuchus Saafgaz. IN manu. Antiqui libri sub manu. sed placet in manum. valet autem in curam. Manus pro cura. vt. excisus sum à manu tua. &c. in manum tuam commendo spiritum meū. sensus est. in tutelam tuam. HEGE. qui est infra 7. Hegai: unde Hegæus. idem nomen: tantu immutata forma. MULIERVM. puellarū virginum. Nam vxores & pellices custodiebat Safagazus eunuchus fœminarum. ET det. qui det. PVRIFICATORIA eam. THAMRVCIN. eo nomine venit quicquid pertinet ad mundum mulierum. propriæ omnia. Nam MARAC omnia abstergo. In libro radicum. THAMRVC vocatur ornatus fœminarū. quia abstergit ac mundat fordes carnis. Antiqua editio habebat. & accipiant mundum mulierem. & cetera ad usus necessaria. Græca vero. οὐδὲν των ομηρια. οὐδὲν τηνεθεια. neutrum dupliceat.

Vers. 4.

PRO Vasthi. loco Vasthi. RES. ὁ λόγος. hæc res. Apud Sophoclem τάχιστα λόγοι. valet omnem rem. Extat. nisi fallor. in Aiace flagellifero. Verbū pro re notum iam lippis atque tonis oribus.

Vers. 5.

VIR Iehudæus. aut vir h̄ic valet quidam: aut est pleonasmus vir Iehudæus pro Iehudæus simpliciter. vt. Viri Athenienses. Iehudæus autem. id est. Iudeus: quam scripturam per tot secula receptam. cui omnium aures iam afficerunt. ego retinendam censeo. Quod tamen dictum velim cum venia eorum. qui aliter sentiant. Nolo enim

E 5 de his

de his rebus cum quoquam contendere, ne τεπι
στοιχεῖον, ut dicitur. IN Susan regia. Iosephus fa-
cis oscitanter hunc locum interpretatur. Sic enim
interpretatur συναχθεῖσῶν δὲ τολλῶν, ἐνρέμη τις οὐ
βασιλῶν κόρη τῷ τῷ θεῖον Μαρδοχαῖῳ τρεφομένη:
in quo bifariam discedit ab historia sacra. Primū
quia Mardochaeum nominat Estheræ θεῖον, hoc
est, patrum vel auunculum. Vide Obseruat.lib.
8. cap. 14. Deinde quia scribit inuentam fuisse
Estheram Babylonie τῷ Μαρδοχαῖῳ: ex quo
sequitur denique, & Mardochaeum ibi fuisse, cum
puellæ conquererentur. Quod aperte falsum est.
Tetlimonium ecce dilucidum. In hoc loco ver-
bis minimè ambiguis scriptum est, *Vir Judæus
erat in Susan Habira*. Sed ne miremnr. Nā huius-
modi nœvi in Iosepho insolentes non sunt. Sciūt
omnes, quibus scriptor ille duntaxat insolens nō
est. M O R D O C H A I. In Ebraicis hic est, Mor-
dechai. Alibi legitur Mordochai, vt 4, 12. & 13. &
apud Chaldeos semper. Vetus ornis lectio Mar-
dochai, vnde Mardochæus. Parum interest hoc
an illo modo legas. Nam vocalem a veteres sape
permutabant cum o. Huc Mar & Mor, Artaxer-
xes & Artoxerxes, Artabazanes & Artobazanes.
F I L I V S Simhi. emenda, filij Simei, aut filius hic
valer nepos. Simei antiquè lectum pro Simgi.
Nam Simhi eorum est qui putarunt Aīn aspirationem
esse. V I R I emenda, mirum cum sequen-
tia verba ad Cis referenda sint, non ad Mordo-
chæum, quare non hic verterit Santes aut eius
postea corrector Montanus, viri Iemini. In eodē
luto

luto hærent Tremellius & Iunius. Sed quid fa-
cias istis interpretibus, qui Mardochæo annos
tribuunt nonaginta octo supra centum? *Viri Je-
mini*; id est, Beniamitæ, recteque Iosephus & LXX.
Ex quib[us] Beviauij, & noster de stirpe Beniamin.

Verf. 6.

Q V I demigraverat. vel, qui deportatus fuerat,
idque verius puto. Cæterum pronomen refertur
ad Kis proauum Mardochæi; non ad Mardochæū
ipsum, vt vulgo existimatū est; vnde ætas tribu-
ta Mardochæo quanta non cadit in hominem il-
lius æui, aiut enim illum vixisse annos 198. Quis
hoc credat affirmantibus sine teste, sine historia?
Kis igitur Beniamita abductus est Babylonem
cum rege Iechonia. huius filius Simei: illius Iair
pater Mardochæi. En tres γενάρι à Nabuchodonoso-
foro ad Mardochæum patreleim Eltheræ. & sa-
nè à capto Iechonia ad διάστασιν ξεψύχ putantur an-
ni 120: ab alijs 140. Sed nimis multa de re perspi-
cua. E Ierusalaim. Ierosolaim apud
Chaldeos legitur Ierusalem. ab eo est Ierusalem:
quod perperam Graeci adspirant. C V M transmi-
gratione, magis probo, cum deportatione. Nam
transmigratione latius patet. cum deportatione au-
tem, id est, cum deportatis. res pro hominibus, vt
captivitas pro captiuis: custodia pro custodibus
ipsis. Q V A demigraverat. quæ deportata fuerat,
vt suprà. C V M Iechoniab, prius Iechonia sine
He, quod placet. Item malo Iuda, vel Iehuda;
quam Iehudah. Nam Latina consuetudo noui
scribit He in fine, est ergo necessitatis, vt cum
Graecè

Græcè ἀεραπό scribimus pro Abraham. Quia M demigrare fecerat. quam deportauerat, vel hū manus quem deportauerat, vt referatur ad ipsum Ie choniam. sententia salua id fieri potest. N A B V C H A D N E S A R. olim Nabuchodonosor, qui Ναβοχοδονός περ Ιosepho & Berofo: Ieremias vero Nabuchadnesar, & Nabuchodrosoros Megastheni. R e x B a b l . id est, Babylonis aut Babylonæ. Babel dicta quasi Balibel à confusione linguarum. Thema B A L A L confudit. Babel ergo confusio, videlicet σύγχυσις; non αγωγή.

Vers. 7.

E t nutriebat. is nutritiebat. In Ebraeo nutriens. sed intelligitur erat, vt mos est lingue illius. H A D A S A . vcl, Hadassa cum duplice S. Apud Chaldaeos *Hadas* myrtus. ergo Hadassa eadem quæ Myrrhina. Nam myrtus μυρίνη. Neque est Atossa, vt Tremellius arbitratur. In veteribus *Edissa*. abest aspiratio, vt sit Hedissa; quomodo haud dubiè interpres ille descriptit. I P S A est Esther. In historia profana *Amestris*, vt Cæsar is filio placuit. Amestris, Ham-Esther, vt Zoroaster, Zoro-Esther, vtrumq; Persicum est. olim ambigebam: nunc assentior scribenti Estheram nominataam postquam ad thorum regis accessisset, quæ prius Hadassæ dicebatur, videlicet cum priuatam vitā ageret. Hoc tam magis probo, quam probè scio solitum eo modo commutari nomina apud Persas. Ergo Esther sententia Scaligeri, cui tamen in eo nō assentior, eadē quæ Amestris, vel potius Hamestris. estq; nomine Persicum. Hadassæ verò Chaldaic-

daicum est. De Amestri vxore Xerxis ita meminit Herodotus septimo volumine ξ. ἀρχιντα βαρεῖχον τὸν ὄλευτον τὸν Αμεστρον τῷ οὐρανῷ. τῆς ζέρζεω γύναικος. & aliquanto post ἐπεὶ καὶ Αμεστρη τὴν ζέρζεω γυναικαν ταυτάσσουσα γυράσασται, &c. FILIAM patrui sui. Ve tutus habebat filium fratris sui, vt ex eo & ex Iosepho facilè error creari potuerit, qui inualuit ha ctenus apud omnes interpretes, quem refutamus in Obscuruationibus. Mirus verò in hoc errore Latinorum codicum consensus est, tamen eò labor, vt credam excidisse vocem, & initio scriptum fuisse ab interprete filiam fratris patris sui: quod hausit ex libris Græcorum. In ijs enim lectum θυγάτηρ ἀδελφὴ τῷ πόσῳ ἀντεῖ. Fuit enim certè Mardonchæus patruelis Estheræ, non patruus. Quod præter codices Ebraeum & Græcum, etiam Seuerus ad significat in historia sacra ad hunc modum scribebas: Erat ea tempestate regi in matrimonio Vasis quadam mira fæmina pulchritudinis. Cu ius cum formam omnibus predicaret, die quodam cum publicum coniunxum dabant, adesse reginam demonstrans pulchritudinis gratia iubet. Illa verò stulto rege consultior, pudens virorum oculis spectaculum corporis præbere iussa abnuit. Quia contumelia barbarus animus permotus, uxori matrimonio ac regia depellit. Igiter cum in locum eius puella regis coniugio quereretur, reperta est Esther ceteras specie vincere. Hec Iudea ex tribu Ben-iamin, utroq; parēte orba à Mardonchæo patruelē educita, cū ad regales nuptias duceretur, mandante educatore genus ac patrium occultauit. Haec tenus Seuerus. Cæterum

Cæterum patruelēm fratrem dicit imitatione Ciceronis, qui sic locutus est in quinto de finibus in principio, *frater noster cognatione patruele, amore germanus.* PATRVI sui. Abihailis. Libri Græci Αριάδαβ. mēdum insigne in ijs libris pro Aεχαι. Vide infra vers. 15. NON enim erat ei pater & mater. orba erat utroque parente. Et mater. aut mater. vt in illo, *Qui percutserit patrem & matrem.* sensus est, patrem aut matrem. Legitur apud Mosēm. PYLCHRA specie, pulchra forma & bona specie, Tremellius, quod placet. FORMA corporis & apta membrorum figura. SPECIE oculorum, aut coloris suauitate quadam. PATER eius: Abihail siue Abichail. ACCEPIT eam sibi in filiam: adoptavit sibi eam filiam. In filiam, pro filia, vt, fuit ei in nutricem. In monumentis veterum Ebraeorum exponitur in uxorem: ex quo forte an Græci ἔτερη ἀνὴρ θεοῦ εἰς γυνῆν. De hac re admonui pridem in Observationibus meis. Posset aliquis suspicari, cū olim Beth legerint (paret ex manuscriptis Hieronymi) pro Bath, eos deceptos ambiguitate vocis. Nam Beth etiam domus. Sed tum inserta littera Ioth, que nulla est in Beth, cum pro filia ponitur, nisi si etiam tunc adscripta olim ad indicandum e breue. Doctiores viderint. Mihi non libet diutius immorari in expositione nequam & nulli rei. Satis si sciamus Bath hoc in loco filiam significare, non vxorem. Nam vxor Issa dicitur. In Chaldaicis reperio, *Accepit eam in dominum suum, & vocabat eam filiam.* quod sic intelligo, *vocabatur ab eo filia.* erat ei pro filia. Vocabatur ab eo filia. erat ei pro filia. Vocabare,

care, vt in illo, *minimus vocabatur in regno cœlorum.*

Vers. 8.

VERBUM regis. editum tegis. Et lex eius. & decretum eius. MVLTAE quadrinventæ, vt Iosephus prodidit. HEGAI. pertinaciter errarunt librarij Græci, vt & hoc, & alijs in hoc libro locis γατι pro γατι perpetuè scriberent. Est autem hic Hegai, qui supra Hege, vt diximus. Hegai, id est, Hegeus. TUNC sublata fuit. hic & exponitur per tunc. Nam in Ebreo ad verbū & sublata fuit. MVLIERVM, puellarum virginum.

Vers. 9.

IN oculis eius. Hegei custodis sc̄minarum. Et suscepit misericordiam. Tremellius, cum obtineret benignitatē ab eo. Non placet. Quid si, & obtinuit gratiā apud illū? Hec interpretatio confirmatur pri- mū ex nota illa Vatabli, accepit gratiam coram illo, fuit ei accepta. Deinde ex antiquitate. Sanè quidā Gr̄cus hic edidit χρήσει χρόνιον ἐνώπιον ἀνθρώπων. & Latinus consimiliter, & inuenit gratiam in conspectu eius. Postremò ex lingua Chaldaica. Nā in ea lingua gratia Heseda dicitur; unde DISA DEHESDA, id est, caprea gratia. Ergo HESED gratia. & est no-men μέση, vt gratia apud Latinos, quæ & bona & mala. Scio me hæc nouè dicere, & contra usum idiomatici Ebrei: sed meminiſſe debemus hunc librum compositum fuisse post captiuitatem Babyloniam, vt mirum non sit, si autor aliquando Χαλδαιζη. In conspectu eius. Tremellius ab eo. valde improbo. Et accelerari fecit. emenda, accele-rans.

ravit mundum eius, & partes eius dare ei. Sic loqui solet Latina consuetudo, ut dicat, acceleravit dare, maturavit dare, properavit fugere: cuius rei exempla apud Plautum & alios passim licet inuenire. Nam Sallustius, ut exemplum producam, Quod nī Curiina, inquit, maturaasset pro curia signum dare, eo die post conditam urbem pessimum jucinu patriatum foret. Quorsum ista inquieres: ut liberis rectumne sit acceleravit dare: an celeriter dedit pro eo repōnendum, cum vtrumque pariter Latinum sit, prius etiam concinnius videatur. Et partes. MANOTH appellant Ebraei fercula, quas apponuntur vnicuique in conuiuio singulatim. Sunt ergo partes μερίδες aut μοίραι: & in singulari MANA est μοίρα. Xenophon de institutione Cyri lib. 8. Sed cum & comedentem & bibentem ipsorum more suauiter viderent, ac, si quo die Festo epulum praberetur, experientur enim alijs potius de parte sua largiri, quam amplius requirere. Græcē est, τὰ ζευτὶς μέρες. SEPTEN puellas, que ei ministrarent. DIGNAS ut daret ei. Tremellius, quas visum fuerat dare ei. In olim conuerlis, séptem puellas speciosissimas: forsitan non malè. Nam MARE species. Vulgo enarrant, dignas, quas ei attribueret. Quid si, acceleravit dare ei séptem puellas speciatas? Et mutavit eam in bonum domus mulierum. partim interpretū sic, trāstulit eam puellasq; eius in meliorem partē gynæcei: partim hoc modo enarrat, dedit ei puellisq; eius conditionem optimam in gynæcio. Tu igitur iudiciū adhibebis: idq; eliges, quod ad locum optimè conuenire iudicabis.

Vers.

Vers. 10.

POPVLVM suum. τὸ δῆμος, ἐξ οὐπερέων τυγχάνεται. Iosephus. Ne c cognitionem suam. Tremel. genus suum. Omnes editiones antiquæ patriam suam: quod non admodum probo. est enim infra, quomodo potero videre exitium generis mei. cui loco aptè parum conuenit, patria mea. Præterea patria, id est, ARES MOLEDETH. Patriam Chaldeus hic dicit locum nativitatis, ut Latini natale solū. QVI A Mardochai præceperat ei ne indicaret. Ne mirerum hoc præcepisse cum, qui ne ipse quidē genus aut populum suū indicauerat. paret ex 3.4. Nam homo prudens, qui natus & eductus erat in exilio, sciebat Iudeos passim contemptui haberi, præsertim apud aulicos, inter quos versabatur, & versatus erat ante traductam Estheram, ut perspicci potest ex vers. 4. huius capititis. Nam verba illa, Erat Iudeus in Susa Habira. omnino significant Mardochæum, cùm puellæ cōquirererentur, in aula Susana fuistè, & non Babyloniae, ut Iosephus scriptum reliquit.

Vers. 11.

Et quotidie. Tremellius, quolibet die. ad verbum, in omni die & die. DOMVS mulierum. in qua puellæ virgines. Ut cognosceret pacem Esther. quo cognosceret ut valeret. Nomine pacis significant Ebrai quod Græci dicunt εἰρήνη, χάρις, καὶ εὐπάτερ. Quid fieret de ea. quid fieret ea. In Ebreo est ad verbum, in ea.

Vers. 12.

TEMPVS THOR. Tremellius, terminus. non plancet.

cet. Vide quæ scripsimus de hac voce Obseruat. lib. 22. cap. 21. In fine cum essent ei. postquam expleuisset duodecim menses lege praescriptos pueris virginibus. hoc significat cum ait. secundum legem mulierum. Nam lex erat. quæ iubebat ut pueræ annum unum manerent in gynæco. ibi; q; le ornaret. sex mensibus attributis oleo myrrheo. & toridem aromatibus. reliquoq; mundo. exacto demum anno intromittebantur ad regem per vicces. hæc certissima sunt. non egerint probationis. DODECIM menses. ex hoc loco emendandus Iosephus. scribendumque ἐπὶ μῆνας ιβ., vbi vulgo ἐπὶ μῆνας ἔστι. id est. per menses sex. quomodo sane Rufinus presbyter olim & legit & interpretatus est. Sed numeri nimirū faciles corrupti. Quo adductor Iosephum scripsisse per menses duodecim. tamen non affirmo. SEX mensibus. lex menses priores attributi erant oleo siue vnguento ex myrra confecto: posteriorē semestri adhibebant aromata. & reliquum mundum muliebrem. Oleo myrrheo. ita legendum; nō myrtino. Nam myrtus alio vocabulo HADAS appellatur. Mor autem consensu interpretum omnium tam veterum quam nouorum. quos adhuc vidi. est myrrha. Quo magis miror. quid in mentem venerit hominibus doctis. vt explosa vetere lectione myrrhino. pro ea myrtino reposuerint. talis audacia ferenda non est. Vide lib. 11. cap. 1. Obseruat.

Vers. 13.

IN hoc. Trem. cum eo. vult dicere. cū eo mundo: aut. ita vincta & ornata. OMNE quod dicebat. quic-

quicquid postulabat. VENIENTO cum ea. ut veniret cum ea. sensus est. vt vna inferretur in domum regis. Vsq; ad domum regis. Hoc in loco Vsq; ad. valet ad. vt in illo. Renerimini usq; ad me. dicit Dominus. sensus est. ad me. simpliciter. AD domum regis. ad regis cubiculum interpres vetus. non omnino displicet.

Vers. 14.

VESPERE intrabat. introbat ad regem. vt is cū ea rem haberet. ac propter dormiret. A D domum mulierum. secundam. in qua pellices & concubinae. A D manum. in curam. in custodiam. SAHAS GAZ. malo. Safsagaz. Antiqui omnes libri Safsagaz: nimirum à recto Safsagus, que forma nominis Latina ex Safsagaz. CONCYBINARVM. τῶν παλλακίδων. Athen. lib. 13. in principio παρὰ Πέρηται ἀνέχεται ἡ Βασιλέα τῶν πλήσους τῶν παλλακίδων. διὰ τὴν δεσπότιων ἀρχειν τῆς γαμετῆς τὸν βασιλέα. Εἴ τοι δὲ καὶ διὰ τὸ τέλον βασιλίδα. οὐ φυσι δίνειν ἐν τοῖς πιστοῖς. ὑπὸ τῶν παιλακίδων δρυτκεδεῖσα. προσκυνεῖσθαι γοῦν ἀντέων. Nisi voluisset eam. nisi ea delectatus eam vocasset. PER nomine. nominatim: aut, nomine.

Vers. 15.

TEM PVS Esther. vices Estheræ: ordo Estheræ. A B I H A I L. vel. Abichail. pluma non interest. hoc an illo modo scribas. Admonui supra de menda editionis Graecæ. Nam in ea Aminadab scriptum pro Abichail: quod vt credam interpretum esse. nullo modo adduci possum. Libentius scribis huiusmodi menda imputauerim. Quis enim necit ab exscriptoribus optimos quoisque libros vi-

tijſ talibus ſcatere. Non requiſuit quicquā. Ebraei hoc dicunt, non requiſuit verbum. Senſus eſt, con- tenta fuit eo ornatu, quem Hegæus eunuchus iſpi conuenire iudicabat: nec amplius requirebat. SVSCEPIT gratiam, gratiola fuit in oculis omnium ſpectantium eam. Legituſ & inuenit gratiam eodem ſenſu.

Vers. 16.

S V B L A T A Q U E eſt Eſther. ῥαρελάβιa affumpta eſt, fermo breuiſ: id eſt, affumpta & traducta, vt Matth. 4, 5. Tunc affumti eum diabolus in ſan- Elā urbē, affumptū tranſtulit. MENSE decimo, ſic & vulgata noſtra, Grēca habet ἡ εἰσῆλθεν Εὐθὺς πρὸς Απρᾶξελν τὸν βασιλέα τῷ δεκάτῳ μηνὶ, ὅς ἐστιν Α- δαρ. Nec diſſilunt Iofephus, καὶ γόμον ἀντὶ τοιὲ τῷ δεκάτῳ μηνὶ, ιβδέους ἔτους τῆς τετρὰς βασιλέως Αδέρφου καὶ λουρέω. Quod ſanè falſum eſt, docet tū ipſa veritas Ebraica, cui nuila ratione contradici potest: tum alij etiam interpretes. Sanè quidē adſtipulante etiam Chaldaeo translata fuit Eſther in regiam Afveri mense decimo, qui Tebeth vocatur. Sed fieri hoc potest, vt nuptiæ primūm celebraſt ſint mense duodecimo. Atque hac ratione excuſari poſſet aliquo modo Iofephus. Sed quo pacto Grēcam declarationem tueri poſſum, non video. fortè an ea mutata fuit ad exemplar Iofe- ſephi, cùm prius legeretur τῷ δεκάτῳ μηνὶ, ὅς ἐſτιν Τριῶs. Docti exponent. I P S E eſt mensis Tebeth. Tebeth mensis qui hic vocatur voce, vt opinor, Chaldaica, dicebatur Persis Dimech, ab Arabi- bus Saucl, ab Ēgyptijs Tybi, à Romanis Decem- ber.

ber. Hieronymus de hoc ſcribit Ezecl. 29. Porrò iuxta LXX decimus mensis, qui Ebraice appellatur Tebeth, & apud Ēgyptios Tybi: apud Romanos Ianuarius dicitur, eo quod apud illos anni ſit ianua, omni calore ſublato, hiberni frigoris continet principatum: & verè ſcribit. Nam ex parte Decembri noſtro: ex parte Ianuario repondebat. ANNO septimo regni eius. Qui negant Alverum Xerxem eſſe, hinc argumentum ſumunt, quod Xerxes septimo an- no imperij ſui maximo ac grauifimo bello diſtineretur. Quod ſanè verum eſt. Sed cur non po- tuit eodem anno rei vxoriae operam dare? Denius eum veris tempore traieciſſe in Grēciam: deinde reuersum ſub finem anni vxorem duxiſſe Eſtheram. Quid hīc absurdum, ni forte illud ἀδύνατο, vt quis eodem anno & vxore ducat, & bellum gerat per duces ſuos. Quid? an ita diſtentus fuit Xerxes bello Grēcie, vt cogitare nō potuerit de re vxoria? Esto. Atqui hiſtoria non dicit nuptias celebratas eo anno; ſed hoc tantūm Eſtheram deduictam in domum regni. Iam fieri potest vt nuptiæ primum factæ ſint anno ſequente. Quare non eſt quod vi- lam hinc victoriam ſperet Funccius. Nullo enim modo ſententia eius hac quidem in parte obtine- ri poterit. Nam profecto nō eſt Afverus iſte alius, quam Xerxes; quod ſic doceo. Ezrae quarto, qui medius inter Darium Perſam, & Artachſaſtham, vocatur Afverus. Porrò Darius Perſa conſenſu in- terpretum eſt Darius Hyſtaspis filius. Iam conſtat ex Herodoto inter Darium hunc, & Artaxerxem cognomento Longimanum, Xerxem imperaſſe.

F 3 Ergo

Ergo Xerxes citra controuersiam est Asverus: qui anno secundo imperij sui compescuit rebellantem Aegyptum. tertio incuntem fecit conuiuum principibus suis. repudiauit Vasthin, deliberauit de bello Graeciae inferendo. Eundem annum & tres sequentes consumpsit in apparatu. Septimo incunte, qui fuit quintus à domita Aegypto, expeditiōnem fecit aduersus Graecos. Docet Herodotus lib. 7. ad hunc modum scribens: Απὸ γὰρ Αἰγύπτου ἀλεσίθη, ἐπὶ μὲν τέαρα ἔτει τελέα παραπτέρο σπατῖν τε, καὶ τὰ τερότφα τῆς σπατῖν. πέμπτῳ δὲ ἔτει ἀνοικέντω εσπατηλάτες χειρὶ μεγάλῃ τελέθησαν. Quam verò res in Graecia ex voto non succederent, relieto ibi Mardonio cum parte exercitus, in Perfidē rediit. Quo reuerso, accidit quod hic narratur. Quod si Alverus iste Xerxes nō est, quis ergo erit? Nam Darius esse non potest, cùm is alio nomine Dariaues in sacris litteris appelletur: neque etiam Artaxerxes, qui Artachastha in iisdem litteris nominatur. Iam verò quod adserunt de Atossa & Hadassa, id tale est, vt nihil magis ipsorum sententia aduersetur. Quid? An Atossa eadem quæ Haddasa, cum constet ex Herodoto Atosam eam, quæ Dario nupta, filiam Cyri fuisse? Igitur neque hac parte defendi poterit doctissimus vir: qui si viueret, sententiam nunc mutaret, certò scio.

Vers. 17.

P RAE omnibus mulieribus, præ omnibus puellis virginibus. S Y S C E P I T gratiam & misericordia. obtinuit gratiam & fauorem. HESED est gratia, vt dictum est: eadem HAN dicitur per h, het. sed diffe-

differunt, quia illud magis Chaldaicum: hoc me: rē Ebraicum est. coniungit ergo duo synonyma: forte & hoc in loco ξεργήτικῶς ponitur pro, id est, vt in illo, *Judicium Paridis*, *spretāq; iniuria forma*. DIADEMA regni. cedarim regni. hanc soli reges & reginæ gestabant in capite, neque rectè Seuerus. adeò ut eam aquatam imperio insigni regio. ve: ste purpurea donaret. non enim vestis erat purpurea; sed aliud quiddam, vt perspicit potest ex histo: ria Xenophontis. Igitur cedarum imposuit, nō ve: stem purpuream, vt Seuerus scribit, qui Graecos fecutus nonnunquam à vero aberrat. REGNARE fecit. Reginam fecit loco Vasthi.

Vers. 18.

C O N V I V I V M. Esther. nuptias Estheræ. rea: stè igitur Iosephus τὸν γάμον Εὐθύνη. Eodem planè modo exponunt utriusque linguae interpretes ve: teres; quod & sententia ita postulat, & vsus com: probat. Nam Syri & Ebrei nuptias significant vo: cabulo conuiuij. In causâ est, vt opinor, quia nu: ptias honesto conuiuio terminabant. non duce: bant choreas, vt hodie. Hoc conuiuum durabat, ad dies septem, vt legitur apud traductorem Gra: cum. Quanquam hoc conjectura probabilius, quam autoritate certius est. E T requiem provin: cijs fecit. immunitatem prouincij largitus est: tri: buta prouincialium minuit. S E C V N D V M. po: tentiam regis. pro copia regis: pro opibus regijs.

Vers. 19.

D V M congregarentur. elegerim, quum congre: gata essent. SECUNDО. ac si diceret, in gynæcum

F 4 secun-

secundum. Non enim domum singulæ ad suos se receperūt; quemadmodum Tremellius & Iunius opinati sunt; sed manserunt in custodia Sasagazi eunuchi, cultodis pellicum regiarum. Nam earū, quæ semel cum rege consuetudinem habuisset, postea cum alio nulla congregebatur, ut rectè Aben-ezra obseruat. Igitur bis congregatæ fuerunt: semel cum deducerentur virgines ad Hegēū eunuchum: & iterum, quum è domo regis omnes conuenissent in domum fœminarum alteram, cui prærerat Sasagazus, ita mihi videtur. aliam lucem, quam adferam huic loco, non habeo. Si quis meliora nouit, candidè impariat. hæc est mea sym-bola. SEDEBAT. versabatur, aut morabatur. more videlicet Persico. Nam apud Persas ad ianuam interdiu obambulabant homines aulici, quò præsto essent regi, si forte opera eorum vti vellet. Græ-cus hic edidit Ἐρπάτευτη. ex qua Seuerus, Qua tempestate Mardochæus inter proximos regis erat, pro virili portione negotiorum familiarium curator. potest ita esse: ramen verba Ebræa hoc non significant. IN porta regis. Et tñ & vñy interpres Græ-cus. τοῖς τοῖς βασικέσι. Iosephus.

Vers. 20.

PROGENIEM suam. genus suum, familiam suam. ad verbū, nativitatē suam. Seuerus, mandante educatore genus ac patriam occultauit admonita ne paternarum traditionum immemor, et si in matrimonium alienigenæ captiva succederet, gentilium cibis participaret. Totum hoc olet glossam Iudaicam. ET populum. nō indicabat ex quo populo,

pulo, aut vnde domo esset. Et sermonem. præcep-ta. CUM nutritetur secum. cum alumna esset apud illū. Pro secum melius est, cum illo, siue apud illū.

Ver. 21.

SE DENTE. quum adhuc sederet ac versare-tur. IRATI sunt. verbum è verbo, iratus est Big-than & Theres. Sed cur infensi fuerunt? In Græca vetere ὅτι τροχίδη ο Μαρδόχαιος, id est, quoniam prouectus fuerat ad honores Mardochæus. Con-similia leguntur in Chaldaica Ierosolymitana. Mirum vnde illa desumpta sint. BIGTHAN. in antiquis Libris Latinis Bagathan legitur: itaq; quod apud Iosephum βασιδώς, vidé dum ne βαγδάνης legi debeat. quanquam si quis malit βαγδάνης scribere, non pugnabo, dum hoc teneatur in vltima huius nominis syllaba esse litterā r. ET Ther-es. olim Thares. Apud Iosephum καὶ θεοδέσου. corrup-tè, vt puto. Ex custodibus liminis. Πυλαιροὶ dicuntur ab Herodoto, qui custodiebant regij cu-biculi ianuam, nempe qui hic custodes liminis. Virgilius dixit, seruos ad limina, nisi potius atrien-ses significat. Sunt quibus magis placet interpre-tari ex Ebræo, custodes supellestis. Non admo-dum laudo. ET quasierunt mittere manum in re-gem. cogitarunt de occidendo rege: conati sunt interficere eum. Iosephus Gorionis usurpat eun-de-m sermonem de ijs, qui saxo vulnerauerunt re-gem Agrippam in obsidione Seleuciae, Histo. Iud. lib. 6. cap. 74. Non est n̄is amplius st̄s vita, poft-quam manum immisimus in regem e Agrippam.

F 5 Vers.

Vers. 22.

Et innotuit. indicio Barnabazi Ebrei, qui seruus fuerat alterius eunuchi. Iosephus βαρνάβας τῶν ιουδαίων δικητης τοῦ ἑρόποτοῦ γένους συνεῖ τούτου επιβουλών, τῷ δέραιο κατεμένοντος τὸ γυναικός βασιλέως. R.E.S. δέ λογος. hæc res. Et nuntianit. forte per Hathachum eunuchum.

Vers. 23.

SVPER lignū. in patibulo. Vide Miscel. cent. i. cap. 63. IN libro verborum dierum. οὐκέπολογέται ἡ ὄντες μνήμασι: in diario regum: in chronicis siue annalibus. Nam erat profectò Liber verborū dierum, commentarius singulorum non modo dierum, sed etiam annorum res gestas cōtinens. Dico annorum, quia dierum vox Ebreis etiam annos denotat. Vide Animad. lib. i. cap. i. Dicitur & Liber memorie, quia memoriarē causā conficiebatur. Hic notandus mos Persarum sanè laudabilis, quē vtinam principes nostri obseruarent. In more possum erat apud Persas, vt quęcunque publice, aut priuatim notatu digna acciderent, ea in cōmentarios referrent, ad eam rem ex publico certos homines alebant. nos librarios siue scribas vocaremus. Itaque scribit Plutarchus, cum inter Græcos & Persas fieret prælium nauale illud, cui Themistocles interfuit, Xerxem in aureo folio sedentem spectasse conflictū multis abhibitis scribis: quorum munus, inquit, erat, vt quæque res in prælio gereretur, excipere. **CORAM rege scriptum. coram rege, hoc est, præsente rege: vel, in libro verborum dierū coram rege,** qui erat coram rege, quo rex

rex memoriarē causā vtebatur: vel, in libro verborū dierum regis, in quo regis acta descripta erant.

IN
CAPVT TERTIVM.

Vers. i.

HAMAN. ita perpetuò scribendum hoc nomen: perperamque Aman in veteribus quibusdam libris. est autem nōmē peregrinum: ideo anxiè laborandum non est in eius interpretatione. Neque audiendi sunt qui interpretantur conturbantem aut tumultuantem. Multo minus audiendi sunt, qui exponunt, præparantem. Nihil enim horum verum esse potest nisi probent distinctionem Ebraicam esse, aut idem significare quod apud Ebreos. Sed quis ferat illos homines, qui etiam Græcis nominibus etymologias Ebraicas attribuunt. **F**ILIVM Hammadatha. vel Hammadathæ, id est, Αμαδάθη, quēadmodum in Græcis codicibus legitur. Quare quod apud Iosephū Αμαδάθη scribitur, non est dubium, quin Αμαδάθη legi debeat. In Latinè olim versis reperio Amadathi. fortean ex Græco Αμαδάθη: quod tamen rectum habet, vt puto, non Αμαδάθη, sed Αμαδάθα, videlicet ex Hammadatha. Porro Amadathi legitur etiam apud Ruffinum presbyterum interpretem Iosephi. Nomen est compositum ex duobus simplicibus Ham & Datha: quorum illud reperire licet in Αμαδάθη: hoc perspicuè est in Pharsandatha, Aridatha & similibus. **A G A G E V M. qui erat**

erat de stirpe Agag, interpres vetus; cui consentanea interpretatur paraphrastes Chaldaeus. Sic enim interpretatur, *Poſt illa magnificauit rex Asverus Hamanem Hamadathæ filium, qui erat è ſemine Agag filij Amalec.* Ergo Agageus gentile est ab Agag rege Amalecitarum, de quo 1.Sam.15, vers.8. itaque vetus scriptor Iosephus Αμαλεκίου ἦν οὐδὲ γένος ἡ Αμαλεκίτων, εἰσόντα τῷ τὸν βασιλέα, τῷ προτεκτώντι ὅτε ξένοι καὶ Πέρσαι. Et certè si verū ut Agageus gentile sit ab Agag, de quo diximus, valde credibile est hunc Hamanem τῷ γένος Amalecitanum fuisse. Sed hem: pugnat huic sententiæ non nemo. primùm Sulpitius Seuerus, qui eū Persam vocat: deinde alij, qui Macedonem Persam vocant. Seuerus historiae sacræ lib.2. *Erat ea tempeſtate, inquit, regi Haman quidam perfamiliaris, quem aquatum ſibi, adorari more regum praecoperat. qd Mardonius unus ex omnibus facere fastidiens, odia Perſe in ſe grauiter accenderat. Nec ſcio ſanè vnde illud acceperit. Macedonem vocat vetus ille interpres Græcus Eſth. 9, 24. ὡς γάρ Αμέγη Αμαδάς Maxedón, ταῖς ἀληθείαις ἀλότριος τῷ τῷν Πέρσων σύμμαχος. & autor additionum apocrypharum Eſth. 16, 8. Haman filius Hamadathī genti e Macedo.* Huc pertinent ex vers.9. eiusdem capititis, διὰ γάρ τῶν τρόπων τούτων ὥντη λαβὼν ἱμᾶς ἄριμους, τὴν τὸν Πέρσων ἐπιχράτησιν ἐις τὸν Maxedónias μελαζόν. Neutrum horum verum, si verum Hamanem Amalecitanum fuisse. Sed fortasse Amalecita non erat, quanquam Agageus. Quid enim vetat ex stirpe Agag Persam esse aut Macedonem,

ſi is

ſi is natus sit in ijs regionibus. Iam illud quoque fieri potest, vt Agag iſte non Amalecita; ſed Macedo aut Perſa fuerit. Quis enim contra ſtatueret opinando auſit in tanta historiæ obſcuritate? ego fanè ambigo εἰ τούτῳ τῷ λόγῳ. Sed his rebus in medium relictis, quid illud sit, quod hoc loco in editione Græca βγῆσθος legitur, querendum accurate puto. An legi debet Αγαγῆς? aut magis vt interpres in mente habuerit Bogem illum, de quo ita ſcribit Herodotus ſeptimo libro τῶν δὲ ἐξ αρετῶν ὃν τὸ Ελλήνων, δυδέντα βαſιλεὺς Ξέρξης ζόμιος ἐιναι τὸν ἀρδτὸν ἀγαθὸν, εἰ μὴ Βόγιον μοῦνον, τὸν τε Ηἱόντας. τούτον δὲ ἀνέντων, οὐκ ἐπαύθειο. καὶ τοὺς τεριόντας ἀντεῖ τὸν Πέρσων ταῦθας, ἔπιμα μάλιστα, ἐπεὶ καὶ εἴσιος ἀρουραὶ γάλου ἐγένετο Βόγιος. Erat autem Boges iſte Macedo, quod significat hæc verba τὸν Ηἱόντας. Nam Eion urbs Macedonia, quæ & Amphipolis dicebatur, quam præterfluit Strymon fluuius. Herodotus in libro eodem τὸν ἀπίκελον ἐπὶ τολμανόντες Στρυμόνα, καὶ τόλιν Ηἱόνα. τῆς, ἔτι γενές ἔννι, ἔρχε Εόργης. & Lib. 8. ἐπειδὴ Ξέρξης ἀπελαύνων τὸν Αδηναῖον, ἀπίκελον τὸν Ηἱόνα τελών ἐπὶ Στρυμόνι. de hac re, quibus otium eſt, diligenter inquirent, vel propter additiones apocryphas. Nescio enim quām recte id ſiat ab hominibus eruditis, qui eis falsi crimē imponunt ex loco tam dubio ac cōtroueroſo. Et eleuauit eum. & extulit eum. E τ. posuit thronū eius. malo ſedem eius. τὴν ἐργα ἀντεῖ. Vide. Obſeruat. lib. 12. cap. 25. In epiftola Artaxerxis Eſth. 4, vſ.8. Αμέρις δεινοπεύσων τῷ βαſιλεῖ. recte ſanè. Nam cui ſedes erat ſupra omnes proceres, is ſecundus à rege diceba-

dicebatur: quod ex additionibus apocryphis amplius confirmant verba illa, quae habetur Esth. 16, verl. 8. *καὶ οἱ ἀγρεύομενοι ἡμῶν τὰςέρα καὶ προσκυνοῦμενον ὑπὸ τῶντον, τὸ δὲύτερον τὴ βασιλικοῦ ὅρον προσκυνεῖν*: quæ vetus noster interpres sic conuerit, *ad eō ut noster pater vocaretur, οὐ adoraretur ab omnibus post regē secundus.* SVPER omnes principes. supra sedes omnium principum, qui apud se erant. Aben-ezra, *Super omnes principes. fensus est, supra omnes sedes principum. Siquidem procerum quisque sedem habebat in domo regni.*

Vers. 2.

OMNES seru*re*gis. omnes aulici. IN portar*re*gis. *εἰ τῇ ἀυλῇ*, interpres Græcus: hoc est, in aula. INCVRVABANT se, & genuflectebant. Ergo MISTHAAVE est genuflecto. hoc falsum est. significat enim procidere in faciem, quod προσκυνεῖν dicunt. Melius igitur interpres vetus, *flebant genua & adorabant Haman.* Si c enim præcep-
rat eis. emenda ei. Est i&pgrt; dictum pro de eo, ut, dicunt anima mea, de anima mea: dic mihi quod so-
ror mea sis, de me. Iosephus hunc locum sic inter-
pretatur, *Tauτὴν αὐλὴν τὴν τιμὴν Αρταξέρχου κελευθότος γενέδαι optimè.* N E C incurvabat se nec genufle-
ctebat. idem error qui supra. corrige nec genufle-
ctebat, nec incurvabat se, vel potius nec prosterne-
bat se. N E C incurvabat se. more apud Persas re-
cepto, qui regibus suis diuinum honorem exhibebant. itaque dixit Aeschylus, Persas deorum lo-
co habere reges. Q. Curtius, *Rex currū paullò an-
te vellus, & deorum à suis honoribus cultus.* Arta-
banus

banus apud Plutarchum, ἡμῖν τοιλῶν νόμον, καὶ κα-
λῶν ὄντων καλλιγράφοις εἰς, τὸ πρᾶτον βασιλέα, καὶ
προσκυνεῖν εἰκότα διέ τὰ πόντα σύζεντος. Iustinus
lib. vi. Conon din rege per epistles fruſtrā fatiga-
to, ad postremum ipse ad eum pergit: cuius asperitate
& colloquio prohibitus est, quod cum more Perſa-
rum adorare nollet. Quorsum ista, inquires? quia ad
hunc locum Seuerus, *Erat ea tempeſtate Haman*
*quidam regi perfamiliaris, quem aquatum ſibi ado-
rari more regū præceperat.* Iam tenemus, cur Mar-
dochæus Hamanem venerari noluerit, videlicet
quia Iudeis ἐν τῷ νόμῳ ἀνθρακον προσκυνέειν, ut
verbis yrar, quibus Herodotus vñis de Lacedemo-
nijs ijs, qui Xerxem iussi adorare pertinaciter re-
cufarunt. historia extat ſeptimo volumine εἰτεύ-
θεν δὲ ἐώς ἀνέβησαν ἵς Σαῦτα, καὶ βασιλέα ἵς δψιν ἥλθον,
περώτα μὲν τῶν δορεφόρων κελευθότων, καὶ αὐτάχθιν
οφι προσφερόντων προσκυνέειν βασιλέα προστίτευ-
ταις, δικέπαταις ἀθέμενοι ὑπὸ ἀυτῶν ἐπικεραλήν, ποι-
ῆτεν ταῦτα ὄντα μᾶκα. δύλεγάρ σφι τοι νόμοι εἴναι καὶ θρω-
των προσκυνεῖν. Latinè ſic, *Debinc ascenderunt Su-
sa, & in conspectum regis venerunt. principio inbē-
tibus satellitibus ac vim afferentibus ut procum-
bentes regem adorarent, negauerunt se vel si in ca-
put protruderentur, hec ullo modo facturos. neque
enim ſibi eſſe consuetudinem hominē adorandi. Re-
cte igitur Iosephus Μαρδοχαῖος δὲ διὰ σοφίαν καὶ τὸν
δικόδει τοι τῷ νόμῳ ὃν προσκυνεῖντος ἀνθρωπον. Nam
non ſolum conſuetudo, ſed etiam lex doμestica
Iudeorum diſertè vetat honorem Deo debitum,
vlli mortalium exhibere. Sed de hac re audiamus
ipſura*

ipsum Mardochaeum. In preicatione, quæ legitur in additis ad hunc librum. *Tu scis, Domine, inquit, non me contumelia, neque superbia, neque gloria cupiditate fecisse, ut superbū Hamanem non colerem.* Et enim libenter vel eius pedum vestigia pro Israëlitarum salute deoscularer. Sed id feci ne hominis gloriam Dei gloria præponerem, nec quem prater te Dominum meum adorarem En causam, ni fallit opinio, veram, quam habuit homo pius, vt faceret contra mandatum regis. Quæ si nō admittitur, vix est vt hoc eius factum aliter excusemus. Neque enim Iudeis hic assentior, qui adserūt Hamanem in ueste imaginem gestasse, propter quam non licuerit Mardochæo ipsum adorare. Quod si erat, miror cur nos id ccelauerit autor Megellæ. Tamen hoc commentum Iudeis ita placet: ipsum autem inuenies in monumētis τῶν Διδασκάλων, quod & paraphrastes Chaldaeus retulit. & Aben-ezra suffragio approbat. Paraphrastes imaginem ἀνδρίαν vocat vsus voce Græca, quam ait Hamanem in pectore gestasse: ideoque Mardochæum, quamvis ita Rex præcepisset, eum adorare noluisset. fabulæ. Scio Perlis olim in vsu fuisse uestes pictas καὶ ζωτὰς, queis intextæ erant animalium formæ, & flosculi; qualis illa Darij palla, quam aurei accipitres, vt est apud Curtiū lib. III, velut rostris inter se corrigerent, adornabant. Sed primum incertum est an Haman talem uestem gestauerit: deinde vt concedatur cum picta ueste induitum fuisse, cùm occurreret Mardochæo, quid hoc ad rem certè nō debuit Mardochæus propte-

rea

rea ciuilem honorem ei non præstare, præscriptum cum ita Rex de eo præcepisset. Sic miliū videtur: alijs fortasse aliter. Sed pono meam sententiam saluo aliorum iudicio. nihil adfirmo. Finem faciam, si hoc vnum prius addidero. Quæ de odio Iudaeorum in Amalecitas nonnulli huc adducunt, parum excusant Mardochæum, ac nescio an aliena sint à proposito (iquidem pro certo non constat verum Haman Amalecita fuerit): in modo sapiunt nescio quid Iudaicum, vt mirer si sapient ijs, quibus peccus sapit.

Vers. 3.

S E R V I regis. Vetus pueri regis: cui visitatū puerum dicere pro seruo. id ipsum autem à Græcis accipit, qui ita usurpant vocem τεῆδε; vt in illo, *Lανδατε serui Domini, παιδες χριπον.* Cvr tu transgrederis: cur facis contra mandatum regis: cur nō genuflectis nec procumbis in Hamani occursu?

Vers. 4.

P E R singulos dies. quotidie. Et non audiaret eos. non obtemperaret eis. A n flarent verba Mardochæi. vult dicere, utrum perseveraret in sententia. sic interpres vetus enarrat, & benè, meo animo. N A M indicauerat eis. cùm ab eo quereret, quæ cauilla esset, cur non obtemperaret mandatum regis. Q V O D esset Iehudens. quibus non licet hominem adorare, lege ita prohibente.

Vers. 5.

R E P L E T V S est furore. Addit Iosephus ipsum dixisse, Liberi Persæ me adorant. Hic autem serius cum sit, tamen hoc facere dedignatur.

G

Vers.

Vers. 6.

E t c o n t e m p s t . μικρὸν ἡγέρο (id est, parum esse duxit) Iosephus. M I T T E R E manum. perdendo eum. I N D I C A V E R A N T enim ei. non dubium quin serui regis. P O P U L V M . τὸ ἔθνος. populares. D I S P E R D E R E . & p a r i s t a y . Ad hunc locum Iosephus, καὶ γὰρ φέτε τοῖς Ιουδαιοῖς ἀπωλεύετο, ὅπερ καὶ τὸ γένος τῶν Αιολοῦ τῶν, εἰς τὴν ἀυτὸς, ὅπερ ἀντὼν διεφύετο. Eadem Ebrei scribunt, & paraphrastes, & Burgenlis. non omnino certa sunt. Imò olen Rabbinismum. I N o m n i r e g n o . in maluissim, in universo regno.

Vers. 7.

M E N S e primo. anni Mosaici. N I S A N . de hoc mense Hieronymus in comment. Hag. 2. Nonus est mensis, quem nos Nonembrem vel Decembrem dicimus. N i f i n e n i m apud Ebreos mensis est primus, qui appellatur mensis nouorum, eo tempore, quo Pascha faciunt, id est incipiente veris exordio, qui secundum luna cursum saepe quandam partem mensis Martij possidet: interdum incipit in Aprili. I E C I T . fortilegus sub. aut tale quid. non male hoc Latinè reddas, i a ē t a fuit. Sic interpres vetus missa est sors. Idem adiecit in urnam; quod neque ita legitur in Ebreo, neque planè certum est. potuit enim sors vel in finum coniisci, vt apud Salomonem, Sors in finum coniicitur: sed à Domino indicium eiū. vel in hydriam, vt apud Ciceronē 4. in Verrem: vel in situlam, vt in Plauti Casina: vel denique in galcam, vt apud Homerum Iliad. 9. P V R . poscit antiqua scribendi consuetudo Phur, dictio

dictio est Persica, vt Aben-ezra obseruat. Perpetram ergo interpres vulgatus, missa est sors, quæ Ebraicè dicitur Phur. Hac de re scripsi in Obseruationibus meis, qua non repeto. Tu ea vide, si valcar. Hoc est sortem, vel sortes, quæ sunt instrumenta sortitionis. G O R A L enim utrumque significat. Cicero de his in secundo de diuinatione, Di cendum igitur putas de sortibus. quid enim sors est? idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras, quibus in rebus temeritas & casus, ratione nec consilii valer. Vide Animad. lib. 2. cap. 21. D e die in diem, &c. quo die & quo mense gens Ju deorum deberet interfici, & exiuit mensis duodecim, qui dicitur Adar, doctò, vt alia multa, interpres vetus. A D A R . vox Chaldaica sive Syriaca. 2. Machab. ultimo, vers. 37. decreuerunt habere celebritatem tertiadecima die mensis Adar, qui dicitur voce Syriaca. Græcè est Ἀδάρ οὐεταρη φωνή. Hinc non vanè quis colligat, & reliqua nomina mensium, quæ partim in hoc libro, partim alibi leguntur, Syriaca esse.

Vers. 8.

D I X I T Q U E Haman. Tremellius, dixerat enim. non displicet. Q V I D A M . ad verb. vnuis. D I V I S V S . vel dissipatus. διεστραχεύθει. D I V E R S E . leges habet ab aliorum omnium populorum legibus diuersas. ad verb. mutates sunt. Iosephus hunc locum ita interpretatur διεστραχείται τὸν ἀντὸν τοῖς ἀλλοις ἔχω, διε νόμοις χρύματον δομοις. E t leges regis. hoc dicit, quia Mardochæus non paruit præcepto regis, de quo suprà. R E G I n o n est

est utile. nō æquum est, neque expedit vt eos diutius toleret. DIMITTERE eos. malo, sinere eos, vt Tremellius edidit.

Vers. 9.

VT ipſi perdantur. In Ebraeo, ut perdant eos, vel potius, ad perdendū eos. nota locutio. DECEM millia talentorū. Iosephus μυριάς ταλάντων ἀργυρίου dicit. quæ sic cōuerit intepres vetus, quadraginta milia pecuniarū talenta. Locus iste ab alijs intelligitur de talēto Ebraico; ab alijs de Babylonico. qui de Babylonico intelligūt, iuuantur loco quodam Herodotus ex Thalia. Locū hic est, ἀρχὰς ἐκ τοῦ πόπος την ἐπέτειαν καὶ τὰ δὲ διέλε. τοῖσι μὲν αὐτοῖς ἀρχύμενοι ἀπαγγεῖλουσι ἔργον Βαβυλώνιον σαδιοὶ τάλαντον ἀπαγγεῖλεν. τοῖσι δὲ χρυσὸν ἀπαγγεῖλοι, Eu-
soeikόν. Vbi notabis in argento usum talenti Babylonij apud Persas. Sed quia hoc volumen conscriptum est lingua Ebraica, autore, ut plerique omnes censem, Mardochæo, haud planè improbanda videtur sententia eorum, qui hæc referunt ad talentum Ebraicum, quod aestimatur valere coronata duo millia quadringenta. Ex quo conficitur subducto calculo decem millia talētorum argenti valere quater & vigesies decies centena millia coronatorū. Sed si cui magis placet de Babylonico talento hæc dicta accipere, sciat à me, cum septem Ebraica talenta viginti quatuor Babylonica efficiant (etenim talētum unum Ebraicum, & pars sexta eius talenti quatuor Babylonica implent) sciat, inquam, à me Babylonici generis decem millia efficiere Ebraica talenta fermē tria

tria millia, hoc est, septies decies centena millia coronatorum, si rectè in eo calculum. PENDAM. Cur hoc promittit? ἵνα μὴ ζημιῶν τοὺς ἑρόους τὸς ταρφὸν ἀνθεῖ γνωμένους. Iosephus. MANSIBVS facientium opus. ad manus facientiū opus regis, hoc est, quælorum siue thesaurorum aut procurantium negotia regis. Vide lib. 11. cap. 11. Obseruat. Tremellius & Junius hunc locum sic interpretantur, ad manus prefectorum huic operi, ut inferant in thesauros regis. Vetus interpres habebat, & decem millia talentorum appendam arcarijs gaza tue. Arcarijs, hoc est, quæstoribus eorum, quæ in arcain regis inferabantur. Usus est eodem nomine idem interpres Roma. 16, 23. salutat vos Erafus arcarius ciuitatis. In Graeco est διογόμος. VT adducant, pendam quæ inferant: aut, pendam ad manus facientium hoc opus ut inferant. ac si diceret, quibus hoc munus incumbit ut pecuniam regiam in fiscum inferant: qui fisco siue arca regiae prefecti sunt. IN thesauros regis. Codex Ebraeus hoc dicit, in gaza regis. Vide quæ scripsimus de hac voce Obseru. lib. 12. cap. 2.

Vers. 10.

ANNVLVM sum. sigillum regiū, quo signaret litteras, de quibus infra. Quidam hic annotant, dedit annulum in signum potestatis, quam ei faciebat. cuius moris exemplum habes Genes. 41, 42. & 1 Machab. 6, 15. AGAG. EI, vel Agagæo, ut habet lectio varians. HOSTI Iehudeorum. Tremellius, oppresuro Iehudeos.

G 3 Vers.

Vers. 11.

A R G E N T Y M. τὸ δρύπιον. videlicet decem illa milia, quæ pollicitus es. Et *populus*, placeret *ille populus*, ne impe quem tibi dari vis. Vt facias de eo, ac si diceret, permitto eum tuæ potestati, fac illo, quod tibi visum erit. A Iosepho doctè hic locus interpretatur καὶ τὸ δρύπιον ἀντῷ χωρίσθαι, καὶ τὸν ἀνδρῶν, ὡς τοῖν ἀνθρώποις βούλεται.

Vers. 12.

S C R I B A E Regis. εἰ γράμματισθὲ τὸ βασιλέως. **M E N S E primo.** qui est Nilian. **I V X T A omnia que præcepit.** Trcm. omnino prout præceperat. **Ad principes regis.** vetus editio, ad satrapas regis. vchenemiter probo. Vide Obseruationes nostras lib. 12. cap. 13. Satrapæ τερποὶ Aladarpanes appellantur, & forma nominis Ebraica. **A H A S D A R P H A N I M :** cuius singulare **A H A S D A R P H A N**, compoſtum nomen ex **A H A S** & **D A R P H A N**, vel, si magis placet, **D A R** & **P H A N**, vt compositio sit ex tribus simplicibus **A H A S**, **D A R** & **P H A N**. hoc pono; non statuo, non adfirmo. **S U P E R singularas provincias.** ad verb. *super* *provinciam* & *provinciam*. Et singularum provinciarum. malè vertit. emenda, *ad quamque provinciam*. idque referri debet, mco animo, ad sequentia. Hoc dicit, scriptum est ad unamquamque provinciam secundū scripturam eius, & ad unumquemque populum secundum linguam eius. Nihil certius. **A N N V I O regis.** sigillo regio.

Vers. 13.

Et ut mitterentur. In olim translatis erat, & missæ

missæ sunt. haud dubiè melius & rectius. **P E R μ-**
num curfōrum. Animaduertendus modus loquendi. est enim elegans & per frequens apud Ebraeos in manu curfōrum, id est, quod Latinè dicimus, per cursores. Hi Persarum lingua angari dicebantur, siue, vt Rufinus scribit, aggari: de quibus Obseruat. lib. 12. cap. 19. **A puero usque ad senem.** tam pueros quam fenes. **P A R V V L O S** & mulieres. σὺν γυναις καὶ τέκνοις. Iosephus. **T E R T I A decima.** apud Iosephum hic locus deprauatus est. legitur enim in eo τὴν τελεόφην καὶ δεκάτην. pro eo quod est τὴν τρίτην καὶ δεκάτην. nec Ruffinus presbyter eum errorem olim animaduertit. Nam & apud illum etiam legitur, **quartadecima die. S P O L I A eorum.** bona eorum interpres vulgatus, vt & Græci τὰ δηπάρχοντας, cogitandum an eodem intellectu ceperit Iesaias, cum de Messia loquens, inquit, πρὶν τὴν γῆν τὸ παῦδιον καλεῖν πατέρα ή μητέρα, ληψέσαι δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ τὰ σκῆλα τῆς σαμαρέται. Ponitur eodem sensu infra 8, 11. & à Salomone in capite primo Proverbiorum, vt & in illo, *diuidere spolia cum superbis*. Vide quæ scripsimus super hac voce in Quæstionibus nostris.

Vers. 14.

E X E M P L A R *scriptura.* Tremellius. *exemplum huius scripti.* **P H A T H S E G E N** ἀπόγεαφον siue vt Græci, ἀπίζεαφον, exscriptum. Dicțio Aramaea, vt Iarius censet, Ezra 4, 11. legitur **P H A R S E G E N** pro eodem. Nō omitenda veteris interpretis sententia, qui *summam* interpretatur, vt sensus sit, summa litterarum erat vt edictū per omnes pro-

G 4 mul-

εἰδῆτα, καὶ σάκκον εἰδυσάμενος, καὶ καλλιρέμενος σπόδιαν, διὰ τὸ πόλεμον ἐφέρετο. V R B I S. Susorum, quæ & Elam Hamedina ut Ebrei volunt; sed quam recte viderint. Et clamauit: Βοῶ ὅτι μηδὲν ἀδικήσαπ θύεται αὐτοῖς. id est, insontem nationem deleri vociferans. Iosephus: interpres Græcus. Glossema est natum, ut opinor, ex ignoratione moris antiqui, de quo iam dicturus sum. M A G N O & amaro. more barbarico, cuius moris exēpla paſſim obvia in libris. Vide Obſeruationes, ne cogar dicta dicere.

Vers. 2.

E t venit usque ad locum. In Ebraeo, usque ante portam regis. hoc est, in plateam quæ ante portam regis. Vide infra 6. Q u i erat coram porta regis. Εἰς τῶν βασιλέων ἡλθει, καὶ τρόπος ἀυτοῖς ἐγκαίνειται ἀντὸν τοιούτον τερικειμένῳ σχῆμα. Iosephus. N o n enim fas erat. Non licebat per consuetudinem: aut quia lex erat apud Persas, quæ hoc veteret. I N v e ſ t e f a c c i . cum veste facci. hoc est, induitum sacco: in quo duo notanda: primum enim est I N in loco c v m, ut supra egressi sunt impulsi in verbo regis: deinde illud, v e ſ t e f a c c i valet facco. elegans & antiquū genus loquēdi. Tale est fluvius Euphratis. Eiusdē generis sunt, Herba Lapathi, Vrbs Romæ, & quæ alia grammatici annotarūt.

Vers. 3.

E t in qualibet provincia τὸ δὲ αὐτὸν καὶ τάντας ἐποίουσαν εἰς τὰς πόλεις Ιεράπολι, ἐν τοῖς τὰ περὶ τούτων προετέθη χρήματα, θρησκοῦντες, καὶ τὰς κατηγγελμένας ἀντοῖς συμφοράς θεῦσθομένει. Q u e m verbum regis.

regis. quocunque edictum regis perlatum est. E t lex eius. & decretum cius. S A C C U S & cīnis. hoc significat, multi sacco induiti in cinere iacebant, more videlicet lugentium, ut Ion. 3, 6. operuit se sacco, & sedi in cinere.

Vers. 4.

P V E L L A E E ſ t h e r. pedilucea E ſ t h e r. famulæ E ſ t h e r. E t eunuchi eius. qui vt ipſi ministrarent à rege ei dati erant. E t nunciauerunt ei. ἀπόγγειλας τὸν Μαρδοχαῖον ἐν ὅντως δικτρῷ σχηματι πρὸ τὸν ἀληγεῖσθαι. Ioseph⁹. Et doluit. ταραχθῆσα πρὸς τὸν ἀκονν. Iosephus. Dolens exhorruit. Tremellius. conſternata est, interpres vetus. V t induere faceret. mallo, ad induendum Mardochaeum, & amouēdum succum eius ab eo. hoc vult, mihi vestes, quas deposito sacco indueret, quo venire posset in aulam regis. N o n recepit. noluit accipere vestitum illū.

Vers. 5.

H A T H A C H. Iosephus scriperat Αβαχος ut coniicio. id à scribis corruptum: primum in Αχα-δος; deinde addita littera vna atque altera factum Αχράδεος: pro quo in Biblijs Basileę impressis Αχρά-δεος, cum alijs Abaz habent, quæ est vera huius nominis scripture. Abaz scriptum lectum in Cōplut. Q u e m c o n f i t u e r a t. quem ei rex ministrum dederat. interpres vetus. & bene, meo animo. posset etiam verti, quos constituerat ante illam, hac sententia, vnum ex eunuchis ijs, quos rex ei attribuerat, vt eorum opera, ad quæ vellet vteretur. Harum interpretationum melior est in omnes partes, quam postremo loco posui. Quanquam inter-

interpretum nemo eam meminerit. Qui iudicio pollut, mihi facile assentient. Et praecepit ei super Mardochai. Tremellius. mandata dedit ei de Mardochai. antea Vatablus sic exposuerat. Infravers. 10. praecepit ei de Mardochao: hoc est, mandata ei dedit, quæ referant ad Mardochæum. Quid id hoc esset. quid sibi vellet vestitus ille lugubris. Et propter quid hoc. & cuius rei causa eum induisserat cur missum à se vestitum accipere noluisset.

Vers. 6.

A N T E portam regis. ante regiam. vel ante fores regiae.

Vers. 7.

O M N E quod acciderat sibi. historiam capit is secundi. Et expositionem argenti. de quo 3.9. Tremellius. & præstitutam pecunia summant. apud Iosephum lego τὸν χρυσάτων ὑπόσθεαν, καὶ τὸν ἀταύλεαν τὸ θεῖον ἀνίστατο ταφὰ τὸ βασιλέως. THESAVRIS regis. ad thesauros regis. PROPTER Iehudeos. ad verb. in Iehudeos. IN PRO O B; vt in illo, seruauit in Rachel. id est, propter Rachelem. Tremel. contra Iehudeos. non displiceret.

Vers. 8.

E X E M P L A R scripture legis &c. τὸ ἀριθμός τῶν εἰ Σάβοις ταφοτέρων. **S C R I P T U R E** legis. scripture decreti. id est, scripti decreti, aut exemplar libellorum decreti. Quid posita, vt Tremellius annotat, in arcano consilio regis: vt alij, quæ pendit in Susan. IN Susan. Vtrum in Susan Habi-
taan in vrbe Susan? vt ordo ac sensus sit, dedit ei
exem-

exemplar decreti quod factum ad euertendos Iudeos in vrbe habitantes. Sic Aben-ezra. non sapit palato meo. statuamus ergo sermonem breuem esse, & in Susan positum pro in Susan Habira. Vide supra 3.15. A deprecandum illum. magis probo, ad deprecandum. A de querendum. vel, ad rogandum. A facie eius. id est, ab eo. idem erit, si vertas à confessu eius. Tremellius, in confessu eius. valde displiceret.

Vers. 9.

V E R B A Mardochai. quæ Mardochæus ei dixerat.

Vers. 10.

Præcepit ei ut diceret. antea erat, iussit ut dicaret: in Ebreo autem, mandata dedit ad Mardochæum.

Vers. 11.

P O P U L U S prouinciarum. prouinciales. ac si diceret, etiam vulgo ea res nota est, ijsq;, qui prout ab aula absunt. **V I R** & mulier. vir aut mulier. IN atrium interius. Vide quæ scripsimus Observat. lib. 12. cap. 22. Quid non fuerit vocatus. fatis erat, non vocatus. ἀχλητό. **V N A** lex eius est ad interficiendum. alias maller. ut interficiatur, vel, ut interficiant eum. Quanquam pronomen eum non habetur in Ebreo. Agathocles hoc dixit διανεος ἡ ζητια. nam in tertio τετρικοις vbi agit de aqua aurea, quam Persarum rex solus cum filio natu maximo bibebat, τὸν δὲ εἷλλεν, inquit, ταῦτην, διάβαλος ἡ ζητια. ex Athenæo. Nicolaus existimat, & verò etiam affirmat hanc legem latam fuisse de consilio ac sententia Hamanis post factū decre-

decreto aduersus Iudeos, ne quis interueniens illud impeditet, sed mihi non persuadet. cui aduersatur vel illud. *Omnes prouinciales.* Quomodo enim ea lex innescere potuisset in remotis prouincijs, si tum primum lata? iudico igitur legem antiquiori fuisse. *PRAETER eum ad quæ extenderu.* τὰλη εἰ μάτιο σάζεν βουλόμενος προτείνειν τὴν χρυσαν φέβδον. Iosephus. *EXTENDERIT.* more Perlico. Rex enim sceptrum extendebat, cū aliquem ad se vocaret: saltem hoc signo significabat, eum, qui intrabat, à se accessit esse. *VIRGAM auream, vel, sceptrum aureum.* Et viuet. vallet, ut viuat; ut ne interficiatur. σύζηλος συγγενεύειν. Iosephus. *LA M triginta diebus, hic est trigesimus dies,* Tremellius & Iunius.

Vers. 13.

VT responderent ipsi Esther. inclius, ut referret ad Esther. vide infra vers. 15. *IN domo regis.* quod sis in domo regis.

Vers. 14.

S I silendo filueris. Tremel. si omnino filueris. ea vis est in anadiploso Ebraica. *R E S P I R A T I O.* salus. *E x loco alio.* ἀλλαχόδεν interpres Græcus, id est, aliundē. *Vet. Lat. per aliam occasionem.* prius verius. Iosephus παρὰ τὸ δέ. probarem si in sequentibus legeretur *A H A R* per geminum a. Nam *M A C O M* inter epitheta dei. Vide *Quest.* lib. 2. quæst. 61. *P E R I B I T I S.* ὅπο τῶν ὀλιγαρχῶντων ab ijs quos nunc despiciunt habetis. Iosephus. *E t quis scit.* sermo dubitantis. ac si diceret, fortean propter tempus, quale istud est, ad regnum peruenisti.

uenisti. *I S T V D. leg. eiusmodi.* aut, quale istud. Hoc significat, fortè non adepta esse regnum, nisi Deus per te seruare voluisset populum suum hoc periculosisimo tempore. *A d regnum.* ad hoc regnum. cum emphasi.

Vers. 15.

V T responderent ipsi Mardochai. malo, ut referret ad Mardochæum. referret, inquam, & non referrent, quamvis ita Tremellius ediderit, quia hæc dicta sunt vni Hathacho, qui Estherę sermonem ad Mardochæum referebat, & contraria.

Vers. 16.

C O N G R E G A. εἰς ἐκκλησίαν συνάγεται. Iosephus. *I N Susa vrbe.* Q u i reperiuntur. qui sunt mali. Vatablus qui habitant. *T R I B U S diebus.* vel potius *tres dies.* Siquidem eo casu enuntiant Latini tempus continuum. Vulg. *tribus diebus & tribus noctibus.* necio an recipiendum sit. Nam tertio die Esther ad regem adjit. Non ergo tres dies & tres noctes durauit hoc ieunium. ecce enim ait, *ego & puella mea ieunabimus sic.* durauit tantum duas noctes, unum diem plenum, & duos non plenos. codem modo locutio est Matth. 12, 40. *Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tres dies & tres noctes:* ita erit filius hominis in corde terra tres dies & tres noctes. Aduerte animum. Iudei diem naturalem incipiunt à vespera. Christus sepultus fuit feria sexta, resurrexit feria prima sequente, qui nobis est dies dominicus: & tamen. sed hæc Theologis discutienda relinquamus. *I E I V N A B O* sic. ieunabo similiter tres dies tam interdiu quam noctu.

I. DRVSII

Vers. 3.

A d dimidium regni. subintellige pete. ac si diceret, pete usque ad dimidiū regni, & impetrabis.

Vers. 5.

Cito accersite. In Ebreo est, accelerare Hamanem. elegans & antiqua dictio. Vt faciat verbum Esther. ut veniat ad conuiuum, ad quod Estheram vocat.

Vers. 6.

In conuiuio vini. postquam vinum bibisset interpres vetus. nō omnino displicet: praeceptum tamē, in ea parte conuiuij, in qua vinum bibeatur. Vide Observations nostras. Tremellius, cùm bibisset vinum. Iosephus μελέζη τινῶν, id est, interprete Ruffino, inter pocularum letitiam: quomodo alias dixit, inter pocula. Grecus εἰς τῷ τότῳ. Quæ petitio tua. Tremellius, quod postulatum tuum, & que petitio tua.

Vers. 8.

Si inueni gratiam. inuenire gratiam, est quod supra dixit tollere gratiam: cuius interpretamentum, obtainere gratiam. Hoc igitur dicit, Si obtineo gratiam in oculis tuis, & si tibi bonum videtur. VENIA T CRAS. inuitat eos denuo ad conuiuum, quod postridie facere instituerat. C R A S faciam. tum exponam petitionem meam.

Vers. 9.

DIE ipsa. illo die. IOCVNDVS corde. hilari animo. περιχαρῆ vno verbo dixit Iosephus, & caussam adiecit, quod solus cum rege vocatus esset ad cōuiuum Regiae. Q VV M vidisset. quem videret

ANNOTATIONES.

115

videret Mardocheum, quod non assurget sibi honoris causa. NEC se monisset. neque se loco moueret. de hoc facto disputari potest in utramq; partem, vt & in laude ponatur, & in vitio. Nam laudandus videtur Mardocheus, quod non assurrit Hamani. Primū quia homo improbus erat. Dicit autem Dauid, *contemptus in oculis eius (loquitur de homine pio) improbus, & timet dominum honorat.* Deinde quia inimicus. Scitū enim illud Ben Syrè, *Qui honorat inimicum, similis est asino.* Postremò constantiæ causa hoc ei faciendum fuit. Nam viri constantis est permanere in sententia, nec temere mutare. Cūm igitur antea Hamani honorem nullum exhibuisset, si id nunc fecisset, existimatum fuisset metu periculorum aut mortis fecisse. Sed & qui hostis est populi Dei, is nullo honore dignus censetur. Contra culpandus videtur Mardocheus propter tres caussas: prima est, quia præceptū erat à rege, vt omnes summissè venerarentur Hamanem. Quod si per legem Dei cum adorare non potuit, saltem assurgere debuisset, quod lex Dei nusquam vetat. Altera est quod hoc facto populares suos in summum discrimen adduxit, nedum seipsum. Tertia quod peregrinus & exul cum esset, eo magis ipsum obseruare tenebatur, quem Persæ omnes indigenæ obserabant. Adderem plura nisi vererer, ne quis mihi illud, *Faber cum sis, tractas non fabrilia.*

Vers. 10.

CONTINVIT se. Vet. dissimulauit iram. ZARES. antiquè Zares, ut Habel, Hebel. ex Zares factum

H 2

stum

Etum deinde Zarasa, quod est Zorasa in quibusdam libris. Nam veteres in multis nominibus o pro a usurpabant. Ex hac postrema scriptura emendandi codices Græci, qui habent ζωρα vitio, ut credibile est, librarioru. Nam in melioribus ζωρα. quomodo haud dubie scribedū est. Vide 6, 13.

Vers. 11.

E t multitudinem filiorum suorum. Tremellius,
& amplitudinem filiorum suorum. minus probandum. Videatur Aben-ezra ad hūc locum. *Q u i v s magnificauerat.* Vide 3, 1. E v m. suprà, *sedē eius.*

Vers. 12.

V o c a t u s sum ab ea. ad verb. *vocatus eius sum:* vel potius, *vocatus ei.* sensus autem est, ab ea.

Vers. 13.

T o t u m hoc non est utile mibi, hæc omnia nihil me iuvant, nihil delectant quamdui ad regiae ianuam sedentem video Mardochæum.

Vers. 14.

A p t e n t. aptetur, fiat. *L i g n u m.* patibulum, crux. *Quinquaginta cubitorum.* altum quinquaginta' cubitos. *M a n e.* cras mane. Stephani editio *crastina die.* secus est in Ebræo. *A p t a r i i n f i s.* fecit. id est, iussit fieri. notum genus loquendi.

IN CAPVT SEXTVM.

Vers. 1.

F u g e r a t somnus regis. rex insomnis erat. Er dixit ut afferrent. iussit afferri. *L i b r u m mo-*
numentum.

numentorum verborum dierum. pro monumentarū memoriarum legitur in Ebræo, & est sensus, in quo memoriae rerum quotannis vel etiam quotidie gestarum continentur: nisi potius ut liber memoriarum sit ἐπιφέρεια, hoc est, commētarius memorie caussa conscriptus. Sic Tremellius *librum commentariorum, chronica.* minus arridet. *E t le-*
ta fuerit. ut credibile est, ad fallendum tempus noctis, quam Rex insomni ducebat. Litteris proditum est solitum Persarum regem matutinis horis excitari his verbis, *Surge, cogita, quæ te cogitare voluit Mesoromasdes.* Sed hæc aliena fortasse quibusdam videbuntur.

Vers. 2.

E t i n s e n t u m e s t s c r i p t u m. Libet adducere quæ ad hunc locum scribit Iosephus: τὸ γὰρ βασιλεῖον διὰ νυκτὸς ἐκείνης ἀφαιρέτου τὸν ὑπικονδύλου βουλόμενος ἀργῆς ἀπολέσας τὴν ἀγρυπνίαν, ἀλλ' ἔις τὸ τῷ βασιλέως διαφεύγοντα ἀντὶ τοῦ ἀνθέσας, τὸν χαρματά κομισαντα χρή τὸν πρῶτον βασιλεὺον τὰ ὑπομνήματα, καὶ τὸν ίδια πρᾶξιν, ἀναγινώσκεν ἀντὼ προστέταξεν. κομισαντος δὲ τὸν ἀναγινώσκοντος, ἐντέλη τίς δι' ἀριστείαν ἐν τοι γέρας εἰληφεὶς χάραν. οὐ καὶ τὸ διορατεγένετο. Ἐπειρηδὲ διδικτίσιν διαφεύγετε χρήκοτα μελεύων. Ηλθε χρηστούς τῷ βασιλεῖ, ἐν Μαρδοχαῖος μελεύοντις ἐν γερομενος, &c. Ex custodibus liminis. Hos Iosephus appellat φύλακας τοις ἀλλήλαις alij, ἀρχισύμματοι, φύλακες, ut interpres Græcus.

Vers. 3.

H o n o r i s. hic honoris vocabulum accipio
H 3 ut in

vt in illo, honor a medicum. &c, dupli^c honore digni sunt. sensus est, dupli^c præmio. Et magnificen^{tia}. aut magnificentia. nom^e est ab eo verbo, quo vsus 3,1. PROPTER hoc. pro hoc indicio. Non est factum cum eo quicquam, nihil omnino honoriis aut amplitudinis in eum collatum est, falsò igitur Seuerus additiones apocryphas secutus de Mardochæo ita scribit: *q's compositas à drobri spandonibus regi infidias prodiderat: atque eo carior, summisq; honoribus donatus.* Quid si diceremus eum initio munera accepisse, absque honore? vt aliud sit dare munus; aliud, tribuere honorem, qualis videlicet h̄c tributus legitur iussu regis Mardochæo. certè quidem in Additionibus ad hunc librum disertè scriptum est, *datis ei pro delatione muneribus*, quod tamen & Iosephus negat, & mihi non videtur. Vide quæ scripsimus Obseruat. lib. 12. cap. 16.

Vers. 4.

TVM dixit Rex. Prius percontatus est de hora noctis, inquit Iosephus, μαθῶν δὲ τὸ ὅρμος ἐστὶν ἡδη, προσέταξε τὸν φίλων ὃν πρὸ τὸν ἀνῆκεν εὐρωσιν θάνατον, τοῦτον διέτασσεν. IN atrio, exteriore. Obseruat. 12. 22. VT dicaret regi, vt cum rege ageret de suspendendo Mardochæo in patibulo, quod ei crexerat εἰ τῷ ἀνῃ, vt est apud Iosephum, cui tamen in eo non assentior.

Vers. 5.

IN atrio. Iosephus πρὸ τὸν ἀνῃ, imperitè, Idem paullò post, καὶ τὸν Μαρδοχαιὸν εὐρὺν πρὸ τὸν ἀνῃ σακχὸν συδευμένον. qui locus aperitè facit contra versum

versum decimum proximè sequentem. Nam certè si in porta regis ledebat, iam saccum exuerat. Nam ad portam illam facco induito venire nō licebat, vt haberet 4,2. Vide & 5,9.

Vers. 6.

Quid faciendum est. quid facere decet. Cuius Rex vult honorem. prius erat, quem Rex honorare desiderat. Tremellius, cuius honore Rex delectatur. IN corde suo, in animo suo, apud se, ac si dicat, cogitabat apud se neminem esse cui Rex plus honoriis deferre vellet quam sibi.

Vers. 8.

Vestem regiam. id est, interprete Iosepho, quam Rex gestabat. idem solē eandem vestem appellat & τοπύρα, vt & interpres Chaldeus, in dumentum purpureum, quo induit solet Rex. Secus est apud interpretem Gracium καὶ σολὴν βυστίλων, καὶ βασιλέως τοπύρας λεπτας. Xenophon libro octauo de Cyri institut. Post quos iam Cyrus ipse probidat in conspectum ē portis in curru cum tiara recta, & tunica purpurea semialba (alijs vero semialbam habere non licet) & femoralibus circum crura colore hygini tintatis, & toto purpureo candide. SUPER quo equitat Rex. Rex semper equo vehebatur, aut curru, vt probamus autoritate Athenæi lib. 12. cap. 12. Obseruat. Vide locū. Equitat. hoc Ebrai per tempus præteritum enuntiant. Et detur. & ponatur, rectius alij. imponatur inquit, capiti eius cedaris regia. DIADEMA regium. est cur malim cedaris regia. Nam CHESTER cedaris, quæ Græcis κιτρις, & πάρα. Xenoph.

phon loco supra citato. Habebat & circū tiaram diadema, idemq; signi cognatis ipsius erat, sicut & hoc tempore signum illud retinuit. Et quo videmus aliud esse diadema, aliud tiaram, quæ & cidaris. Porro diadema purpureū erat. Currius lib. 6. *purpurum diadema, quale Darius habuerat,* capiti circumdedit, de cidari idem lib. 3. *Cidarim Persa capitis vocabant insigne: hoc cærulea fascia albo distincta circuibat.*

Vers. 9.

VI R I ex principibus. vnius alicuius ex principibus. PRINCIPIBVS maioribus paratimis. dictum dc istis satis superque capite primo. Tremellius, qui reguli sunt, non laudo. *E t equitare faciant.* Tremellius, transuehant eum equo illo per plateam cinitatis. P E R plateam. Quidam, in foro urbis. Sed negat Herodotus Persas foris vti. Lib. 1. δι Πέρσαις ἀγρόποιοι ὄντειν ἐάθασι χρῆσι, διὸ τοις ἐσὶ τὸ παράπον ἀγροῦ. Quæ tamen intelligenda de foro rerum venalium. Nam forum erat apud Persas, quod liberum vocabant, in quo & regia, & archiuia reliqua extructa erant. Xenophon Cyropaedia § 11. avtois ἐλευθέρα ἀγόρα καλουμένη, ἔνδα τάχε βασίλεια, καὶ τὰ ἄλλα ἀρχεῖα τετρούλα. *E t clamet.* sub. præcones.

Vers. 10.

E t equum. & equum illum. vt supiā. N E caderet facias. dictio merè Ebriaica: quam ita explanat, ne omittito quicquam eorum, quæ à te dicta sunt. probo.

Vers. 11.

E t equitare fecit eum. Tremellius, & transuexit eum.

eum. *E t clamauit ante eum.* curauit vt ante eum proclamaretur. simile, vt fecit lignum. aut, clamauit præco. Si c. fiet. Tremellius, ita faciendum est. non improbo.

Vers. 12.

E t operto capite. ad verb. *opertus capite*, vel potius, *capitis.* signum lugentium. Vide Obfer. 12, 1.

Vers. 13.

Z E R E S. antiquè Zares, vt diximus. Nam quod apud Graios ζέραρα, mendum habet, scribēdum enim ζέρασι aut ζέρασι, vt sit Zarasa pro Zares forma nominis Chaldaica. In collectaneis nom. proprietorum: Z A R E S, extranea miseria, vel, extranea hereditas. Z A R extraneus: R E s pauperes. item I A R A S hæreditatē adjt. huc haud dubiè respexit autor libri illius. Sed quis ei assentiatur Persico nomini etymon Ebriaicum attribuēti? Nam vt scias Zeres nomen Persicum est, non Ebriaicum: quod appetet vel ex terminatione, quæ in s, Sin, quam Dores San vocant, vt Herodotus testatur. Sic terminantur, Chores, Dariaues, Ahafveros, & alia eius generis. Vide Obseruat. lib. 12. cap. 24. S A P I E N T E S eius, sapientes quos habebat in consilio, interpres vetus. S i de semine. Si hoc in loco alij accipiunt pro eis: alij pro quandoquidem, vt sensus sit, quandoquidem tibi cum hac gente res, nō est quod speres fore vt superior eudas. A N T E cuius confeſsum capisti cadere. cui inferior esse cœpisti. C A D E N O cades. Tremellius, omnino cades. & recte.

H 5

Vers.

Vers. 14.

PERVENERVNT. magis probo, aduenerūt,
vt est apud Tremellium. **E**V N V C H I regis. apud
Iosephum & r̄t̄s Eōth̄p̄s ēvñ̄x̄t̄. perperam. indi-
cant & sequentia, σαβουχάδας δὲ τῶν ἑνούχων εἰς.
Nam Sabuchadas is est, qui in historia Ebraica
Harbona dicitur. hoc certū ex ipso Iosepho. Iam
illud quoq; certum Harbona fuisse vnum ex spa-
donibus regis. paret ex huius capititis vers. 9. & ex
1, 10. Hic cum videret crucem erectam in domo
Hamanis, sciscitatus est ex vno e famulis ipsius,
quid sibi ea crux vellet, & quorsum ibi erecta es-
set, cumq; didicisset erectam esse vt Mardochaeus
reginæ patrius in eo suspenderetur, Hamanemq;
eius rei gratia regem interpellaturum, tum qui-
dem siluit: postea, cùm accidissent ea, quę mox re-
ferentur, rem omnię regi aperuit. ita Iosephus. ne-
que ego indignū duxi, quod hic annotarē, ynde
vnde tandem acceperit. Nam de eo mihi nō constat.

IN

CAPVT SEPTIMVM.

Vers. 1.

AD bibendum cum Estherā, ad Estherę conui-
uum. Nam conuiuum sic appellant Ebræi
à bibendo, vt Græci συμπόσιον. ergo ad bibendum
valer illud, ad epulandum: vt supra, fuderunt ad bi-
endum. 3, 15.

Vers. 2.

DI E secundo. die secundi conuiuij. In conuiuio
vini.

vini. Seuerus, cùm iam post epulas multis poculis
conuinium calere cœpisset. Vide supra 5, 6. Memo-
riæ proditum Reges Persarū vt solitos vino cha-
libonio. ijdem aquam bibeant quæ aurea dice-
batur, capitis pœna proposita, si quis illam in potu
adhibuisset præter regem & filium regis. Sed &
potus eis erat aqua ex Choaspe fluvio, qui Susas
præterlabitur: cuius rei autor est Herodotus, vt
facile crediderim in mēsa regis primū aquam,
deinde vīnum appositum fuisse. quæ pars conui-
uiij propriè dicta sit conuinium vini. Sic olim iu-
dicaui, nec adhuc pœnitet. **V S Q V E ad dimidium**
regni. appetat aliquid desiderari: & sancè deside-
ratur. pere: aut copula & in sequentibus abun-
dat.

Vers. 3.

Et respondit Esther. Seuerus hic: *Esther geni-
bus regis aduoluitur.* quod vanum videtur, cùm
menſa accumberent. **S**i inueni gratiam in ocul-
lis tuis. si quid apud te valeo: si in villa gratia sum
apud te. **A**N I M A mea. vita mea. Sic accipitur
aliquando apud autores profanos. Sallustius, quę
quisque locum pugnando viuis ceperat, eum amif-
sa anima corpore tegebatur. **P**R O petitione mea.
Tremellius, *ad postulatum meum.* Verbum è ver-
bo, *in petitione mea.* Sensus est, peto vt mihi & po-
pulo meo vita concedatur. **P**O P U L Y s meus, vel,
populi mei. vt repetatur vita ἀπὸκοιτ̄. **P**R O po-
stulatione mea. Tremellius, *ad petitionem meam.*
Vet. dona mibi animam meam pro qua rogo, & po-
pulum meum pro quo obseruo.

Vers.

Vers. 4.

VE N D I T I sumus. Vetus interpres, traditi sumus. ita quidem verbum Ebraicum aliquando significat; sed hic respexisse videtur mihi Estheram ad oblationem pecunie, quam se Haman solutum esse in fiscum promiserat, dummodo Iudei perderentur, de qua 3,9: & 4,8. itaque melius interpres Graecus καὶ ἐπέδειπτο. A d *disperdendum*. Tremellius, *quos perirent, interficiant & perdant*. A d *perdendum*. valet illud, *ut perdant nos homines*. neque male vertit, qui vertit, *ut perdamur*. Q u o d si in seruos venditi fuissimus. non dicit ad seruitutem dediti: sed venditi. Nam in mente habuit lucrum, quod regi accessisset, si tot millia hominum decreto publico vendita fuissent. H o s t i s nequaquam possit. Haman non poterit sarcire damnum, quod regi obueniet ex caede Iudeorum. Alia expositio: Non estimat aduersarius damnum, quod Rex faciet ex laniena ista. alioquin potius suassisset Iudeos omnes in seruitutem addicci, quod regi regnoque utilius fuisset. Sed nō male etiam verteretur S A R aduersitas. hoc modo, *aduersitas non equiparatur cum damno regis*. ac si dicat, parū esset Iudeos omnes deleri, nisi etiam Rex maximū damnum inde cōsequeretur: quippe qui magnam vim pecunie quotannis ab eis tributi nomine accipiat. Tremellius: *Sed non est iste hostis utilis, damnosus est regi*.

Vers. 5.

Q u i s i s t e, & ubi nām i s t e. verba hæc indicant animum Regis ex ira grauiter commotum fuisse. éodem

éodem pertinet geminatio verbi Dixit. C v i v s cor persuasit ei. qui hoc facere in animum induxit suum.

Vers. 6.

Pessimus iste. sic interpres vetus. & placet. TERRITVS est. obstupuit, attonitus fuit. A facie regie & regina. Vetus, *vultum regis ac regina ferre non sustinens*, non improbo.

Vers. 7.

SVR REX I T. surrexit & abiit. vnū pro duobus. Isto modo phrasis est apud Salomonem, capies carbones ignis super caput ipsius. pro capies & pones. exemplorum talium pleni sunt libri. IN furore suo. iratus. A coniuicio vini. Iosephus simpliciter ex τῷ συμποσίῳ. fortean coniuicium vini dicebatur pro lauto & opiparo: quod in talibus vinum adhiberetur. Seuerus: sed Rex amici memor paulisper cunctatur, deliberandi, gratia modicum fecerit. A d hortum palati. in hortum regis & cibis contiguum. Vetus, in hortum arboribus constitutum. Chaldeus, in hortum interiorum. Vide supra 1, 5. M A N S I T. remansit, substitut. ad verb. stetit; ut, terra in perpetuum stat. id est, manet. V T peteret pro anima sua. rogaret reginā pro vita sua. V I D I T quod cōpletum esset. vidit sibi omnino impendere aut definitum esse malum à rege.

Vers. 8.

CECIDERAT. prociderat ante Estheram, ut eam oraret pro vita sua.. S V P E R quo erat Esther. in quo Esther accumbebat. N V M etiam ut subagiter. durusculè versum. malim, *Etiāmne ad subiugandans*.

gendarum reginam mecum est in hac domo? Subigere hinc est comprimere, stuprare, βιάζεσθαι. Non male etiam veritas, Etiamne reginam me presente domini comprimat? Me cum mea praesente, vel, apud me. IN domo. in domo conuiuij vini, ac si dicat, an ideo mecum est in hac domo, ut vxore meam comprimat? VERBVM egressum est ex ore regis. Hac rege elocuto. OPERAVERUNT. sub. ministri siue eunuchi regis. Vide quae obseruamus ad hunc locum lib. 12. cap. 18.

Vers. 9.

HARBONA. vel, Charbona, pluma non interest, hoc an illo modo scribas. Hic apud Iosephum Sabuchadar vocatur, siue, ut exemplar Graecum habet, οὐσούχαδας. VNVS ex eunuchis coram rege. ex eunuchis regis. Eunuchus coram rege, per elegans loquendi genus. nos diceremus, ex eunuchis, qui ministrant coram rege. EN etiam lignum. τοῦτο γὰρ ἀυτῷ πανδαγόμενῳ τὸν ὄπικτλων εἶται, ὅτε καλέσονται αὐτῷ ἐπὶ τῷ δεῖπνῳ ἔλασι τῷρος ἀυτῷ. Iosephus. LIGNVM, patibulum. QVI locutus est bonum pro rege. malo, qui bene locutus est de rege. sensus est, qui detecta coiuratione spadonum bene de rege meritus est. Tales Persica lingua Orofan-ga dicebatur: de quibus lib. 12. cap. 16. Obseruat. ALITIVDINIS. vel, altum quinquaginta cubitos.

Vers. 10.

IN ligno. in patibulo illo. cum emphasi. patibulum alio modo, Lignum geminum appellatur, & lignum suspendij, & lignum simpliciter, hoc est Es per

per s. Sade, quae vox etiam arboris designat. Quod parauerat pro Mardochai. Quanto melius, quod parauerat Mardochao. QVI E VIT. sedata est.

I N CAPVT OCTAVVM.

Verf. 1.

DOMVM Haman. familiam Hamanis, omnifera eius facultates. Seuerus: ita Haman cruci affigitur, omniaq[ue] bona eius Mardochao data. Quae sane intelligenda. Non enim ea bona data Mardochao a rege; sed Estherae: quae postea Mardochaeum eis praefecit. QVI D sibi esset. quae sibi intercederet cum eo cognatio. Lat. Vulg. quod esset pater eius. Sic & Aben-ezra. mirum in rem perspicua virum tantum halucinari. Certum enim est Mardochaeū & Estheram patruelis fuisse, hoc est εὐεργέος. Vide 2. 6.

Verf. 2.

ET abstulit. detraxit sibi e manu, QVEM receperat. quem abstulerat Hamani. POSUIT in domo. præposuit eum domui Hamanis. Posset exponi, dedit ei bona Hamanis, ut ponere sumatur pro dare; quemadmodum in illo, & posuit mihi Deus semine pro Habel, sensus enim est, & dedit. Sic doverat & rivescitur, permutantur apud Graios.

Verf. 3.

ADDIDIT QVE Esther & locuta est. iterum locuta est, videlicet post suspensum Hamanem. ROGAVIT eum. deprecata est eum. MALITIAM Hamanis.

Haman. seipsum explicat cùm ait: & cogitatione eius, quam cogitauit contra Iudeos. Nam & hīc sumitur pro id est ἔξυγχτικός. intelligit autem litteras, quas Haman nomine regis ad perdendos scripsierat Iudros. A G A G I T A E. vel, Agagæi.

Vers. 4.

VIRGAM auream. sceptrum aureum, quod in manu habebat.

Vers. 5.

S I inueni gratiam. si quid gratia valeo. REC-
TA QVE res. In Ebraeo, & rectum verbum coram rege. Hic rectum CHASER dicitur: cùm in frequentiore vñsi sit. LASAR, eo quidem sensu. Tremellius hunc locum sic interpretatur, *boc est fireta videtur hacres coram rege.* & pro hoc est vt supra. AC placeo in oculis eius. ad verb. & bona ego in oculis eius. VT retrahent. vt reuocet, vt rescindant. LITTERAS cogitationis Haman. cōstruc-
tio Ebraica poscit, litteras cogitatione Hamā. po-
test eriā verti, vt reuocetur littera cogitatio Hamā.

Vers. 6.

Q V O D inueniet populum meum. Quodobuetu-
rum est populo meo. Tremellius & Junius. POTER-
O videre. Ebraica phrasa hoc dicitur, potero &
videbo, vt notamus in margine. PERDITIONEM
cognitionis mea, vel, interitum generis mei.

Vers. 7.

Q V O D miserit. struendo eis exitium: aut mis-
erit valet, mittere cogitarit.

Vers. 8.

IEHVDAEIS. corrige, pro Iudaïs. perspicue-
rum.

tum. Siquidem litteræ scriptæ sunt non ad Iudeos tantum, sed etiam ad satrapas, duces, & præfectos prouinciarum. ANNULO regis. id est, meo. no-
men loco pronominis. SCRIPTRAM. litteræ scriptæ nomine regis, & signatae annulo regis ir-
reuocabiles sunt. Proinde opus est vt vobis alia
ratione consulatis, quām edicti reuocatione, cùm
illud ex lege Persarum ac Medorū reuocari nul-
lo modo possit. Videatur Aben-ezra in commen-
tarijs ad hunc locum.

Vers. 9.

IPS E est Sian. In Latina vetere Siban. b pro
u, vt in Iabe, δάβιδ, & similibus exemplis. In Græ-
ca οὐ τῷ τρίτῳ μέντι, εἰσὶν ζωτικαὶ. Σιωτή, id est,
Sian. mentio huius in Baruchi capite primo τῇ
δικάρῃ τῷ σιωτῇ. error natus ex imperitia librario-
rum, qui nomen minus notum permutarunt cum
notiore. Notius enim nomen, quod est Nisan. Sci-
tum illud, Vara vrbiam sequitur. itaque & pro
τῷ τρίτῳ scripserunt οὐ τῷ τρίτῳ. est enim Nisan
in ordine mensium primus. Hic mensis ab Atticis
vocatur Βούδηπολις: Macedonibus διόνος sive
διονιός. respödet partim Maius, partim Iunio no-
stro. AD principes. Tremellius, ad satrapas. ve-
hementer probo. Principes prouinciarum. Idem,
præfectos prouinciarum. & hoc probo.

Vers. 10.

PER manum cursorum in equis. duo hīc noran-
da. prium hoc per manum cursorum, quod tan-
tundem valet ac si dicas, per cursorum. deinde no-
tanda.

tanda locutio, quæ sanè periegans est. *cursores in equis.* hos Latini veredarios appellant, nisi fallor. **E Q V I T A T I V M** *velocissima animalia.* Tremellius, *equitantes in equis angarijs.* Ergo **R E C H E S** equi angarorum? nō opinor. Primum quia id nomen ab equo perspicue distinguitur **i. Reg. 4. 8.** deinde scriptum est Mich. **1. 3.** *inge currum tuum.* **R E C H E S.** Nam ad currus nō iungebantur equi angarorum, ut existimo. Dicam de hac voce plura alias, si Deus potestatem faciet. **M V L O S.** Tremellius & Junius, *Regios cursores.* Horum sententia Astheranes hic sunt, quos Suidas Astandas vocat. forte ita est, & Astandæ dicti quasi Astanæ versa R littera in D; ut Rodanim, Dodanim, Aruocatus, aduocatus. Communis opinio tenet Astheranes vocari mulos ex equa & asino: quam tuentur ex Ebraicis Aben-ezra & Dauid Camius. Hos fecutus est deinde Santes: cuius interpretationem vt nec probo, nec refello: ita in medium, ut quisque de eo opinetur quod velit, relinquo. **F I L I O S** *equarum.* Tremel, *natos angaris.* **R A M M A C H** *angarus:* de quo tamen amplius querendum puto. In lingua Arabica **R A M M A C H A** equa. hinc vulgatum illud, *filios equarum.* Notatū hoc in scholijs Aben-ezra, & apud Camium libro, ubi vocum sensa collegit. forte **R A M M A C H I M** veredarij, qui sic dicti à veredis equis cursus velocissimi. Nihil affirmo. Quod effugerat, non effugit. In scholijs Iarrij, *Astheranes sunt camelii eius generis mire velocitatis.* Non adduxissem ista, nisi in schedis meis reperiissem. **S E T H A R** *camelus Persicus.*

fict. Andreas Bellunensis, *Aftr lingua Persica camelus: unde Astergar, spina camelii.* Aster integrū est Ahaster: huius plurale Asteram camelii dro-mades (vt Prestegam, apostoli) & forma nominis Ebraica Astheranum. Libet adjicere coniecturam aliam, quæ mihi cùm hæc scriberē, quasi sub manu nata. **A H A S** in lingua Persarū magnus: **S E T H A R**, camelus, itunctim Astheranes in suo genere camelii cursu præstantes, & velocitatis eximiae. Coniectura est, fateor, quæ mihi neutram probatur: tamen eam præterire nolui, ut alijs darem latius de hac voce cogitandi occasionem.

Vers. 11.

Q V O D dedit, refertur ad verbum *scripsit* hoc sensu. *scripsit* nomine regis concessisse eum Iudeis &c. **I N** *omnibus* & *singulis ciuitatibus*. *vel, in qualibet ciuitate.* **V T** *starent pro anima sua.* *vt tuerentur vitam suam, ut pugnarent pro vita sua.* Stare hic est quod Euripides dixit Græcè loquens θρόνος & σπιδα σηνα: Ennius, *sub armis cernere.* Sic accipio Psal. 94, 16. *quis stabit mihi cum malis,* ut hoc dicat, quis mecum pugnabit contra malos. **O M N E M** exercitū. Tremellius, *omnes copias.* **O P P V G N A T I V M** eos. quæ aduersantur eis. Tremel, *qua hostiliter innudent ipsos.* **P A R V V L O S** & *fæminas.* refertur ad τὸ ut perderent. **S P O L I A** eorum. bona eorum.

Vers. 12.

D I E uno. Tremellius, *die eodem videlicet quo Haman statuerat delere ipsos Iudeos.*

Vers. 13.

Vt daretur. vt proponeretur, vt cōstitueretur.

Vers. 14.

MVL OS camelos dromadas. Iarius olim exposuit. vide quę scripsimus supra v. 10. voce equarū. EGRESSI sunt accelerantes & festinantes ad verbū regis. Tremel. prodierunt celere ac citato cursu cū verbo regis. CVM verbo regis. edictū regis perferētes. interpres vetus. probo. DATA est. proposita est.

Vers. 15.

IN veste regali. amictus veste regia. Tremellius. cum indumento regio. placet. Et candida. ab hoc colore nobiles dicti sunt HORIM quasi cādidiati. eiusdem coloris vestes inducabant olim diebus festis ac latis. ex quo illud. *Quoniam tempore vestimenta tua candida sunt.* Sed hæc ῥαργερα fortasse nonnullis videbuntur. Et amictu byssino. Tremellius. & stola byssina. CIVITAS Susan. Iudei. qui Sulis erant. Exultabat. ita vetus interpres. nec dissentit Camius in libro Radicū. Tremellius. lucebat. Sic & Aben-ezra. Vfus est hoc verbo Dauid Psal. 104, 16. *Vt nitidam reddat facie p̄ oleo.* Est & vox hinnientis equi propria.

Vers. 16.

LUX. σωτήριον φέγγο. Iosephus. Et latitia. lux & latitia valet à Tremellio & Junio illustris latitia. Alij. in quēs Vatablus. legunt. lux id est latitia. Nam lucis metaphora lētitiam ac salutem denotat. vt in illo. lux semina est iusto. & Job 3. vers. 20. dedit afflictio lucem: quomodo etiam Homerius locutus est Iliad. ξ.

φῶς

Φῶς δ' ἐτάποισιν Εὐχειν

itaque scholia hic annotant φῶς τούτης χάρας,
σωτηρίας. Et honor. Tremellius. & gloria.

Vers. 17.

VERBVM regis. edictum regis. ATTRIGIT. peruenit. DIES iocundus. ad verb. dies bonus. Tremellius. bilaria. Elias Leuita Germanus Theſſite: Diem bonum appellant statas ferias. & festa ſolennia. qua REGALIM dicuntur. item diem lacum. in quo coniuia agitant. etiamſi dies ille festus non fit. Sic dicunt. Summus ſacerdos faciebat diem bonum fratribus ſuis ſacerdotibus poſtridie festi expiationum. poſt quā cum pace ingressus & egrefſus erat ē loco quod Sanctum sanctorum vocatur. item dicunt. faciam ego diem bonum noſtris magiſtris. E populis terra ē plebe. ē vulgo promiscuo. EFFICIEBANTVR Iudei. In Ebraeo eſt. in dīazabānt. id à Iosepho interpretatur ῥεpit. πρόκερετλω ἀδῶ: à Iario Giore ſine profelytiſiebant. à noſtro interprete Judeorū religioni & ceremoniis iungebantur. Græcus verò habet. καὶ τολλοὶ τὸν ἑδυῶν ῥεπτὴν ὁροῦ ἡδεῖζεν. omnes recte. Q y IA cecidit. quia eos inuaſit metus Iudaorū.

IN
CAPVT NON VM.

Vers. 1.

EIUSDEM. ad verb. in eo. VERBVM Regis. Edictum regis. VT fieret. Tremellius. quo prop̄ erat vt verbum regis & ins eius fieret. Hoc

I 3 signi-

ne Dates. ergo PHARSANDATHA, Pharsandates vel Parsandates. Sic Aridatha, Aridates; vt Tyridates, Mithradates, Antophradates, Spitradates. DALPHON. *Delphon* editio vetus, e pro a, vt Beth, filia: Chermel, Carmelus. Sic Phermeshtha, Esphatha e habent in loco a. Sic Hena, Hana. AS PATHA. poscit antiqua consuetudo Asphatha vel Esphatha, vt Pharsandatha.

Vers. 8.

PORATHA. *Phoratha*. omnes libri veteres, quomodo haud dubiè scribendum ita postulante cōsuetudine Orientis. ARIDATHA. vel, Aridates. Simplicia sunt Ari & Dates. Ari est in Ariarannes, Arioarzanes, & similibus. Vide Pharsandatha.

Vers. 9.

PARMASTHA. leg. Pharmastha, aut Phermeshtha. Pharmastha & Vaizatha reperies in genealogia Hamanis, de qua mox. ARISAI & Arida, id est, Arilæus, Aridæus. composita videtur ex Ari, de quo suprà. VAIZATHA. Vet. Je-
zatha, legerim Vaiezatha, nisi maius Væzatha cū diphthongo ex Ouæzæ; vt Itæsu Iessæ. Sed placet Vaizatha, vt Vaicra, Vaidabber.

Vers. 10.

FILI Hammadatha. Thargū huius libri 5, i.
Ne trade facobi filios in manus Hamani Hammadathæ filij, Adæ filij, Biñnaifilij, Apholitos filij,
Diosos filij, Pheros filij, Hauidan filij, Thalon filij,
Athenisomom filij, Harum filij, Harfom filij,
Segar filij, Negar filij, Pharmastha filij, Vaizatha
filij, Agag filij, Sumcar filij, Amalec filij, Eliphael
filij,

ANNOTATIONES.

137

filij, Esau illius improbi filij. IN predam non miserunt manus suas. abstinuerunt ab omni præda. Cur hoc opinor ne damnum inferret fisco regis, & simul vt ostenderent se nō pecuniae caussâ hanc cædem patrare, sed tantu defendendi sui & quod necessitas ita postularet cum edictum regis aliter reuocari non posset.

Vers. 11.

DIE ipsa. codem die videlicet 13° mensis Adar. VENIT numerus. relatus fuit ad regem corū numerus, qui in Susan Habira fuerant occisi.

Vers. 12.

REGIS. positum pro illo, regijs: aut est nomē loco pronominis, in reliquis prouincijs meis, hoc est, regni mei. QVID fecerunt. vel potius, quid fecerint? sensus est, quum tantus sit numerus occisorum in Susan Habira, quantum putas esse numerum eorum, qui occisi sunt in reliquis prouincijs regni nostri?

Vers. 13.

DETVR. concedatur. CRAS. 14° mensis Adar. VT FACIANT secundum legem hodiernam. vt faciant cras in vrbe, quod hodie factum est in Susan Habira. Liceat quoque Iudeis decem filios Hamanis in patibulo suspendere. HODIERNAM. ad verb. secundum legem hodie. elegans dictio. Sic Egyptus hodie. pro hodierna. Vialonge, id est, longinquæ.

Vers. 14.

DIRXIT Rex. iussit ita fieri. καὶ τέτο μὲν τροστεῖ τοῖς Ιουδαιοῖς βασιλεὺς, μηδέν αὐτιλέγειν Εαδή-

per Boeckhem. Iosephus. DATA est lex. propositum fuit edictum. IN Susān urbe.

Vers. 15.

Qui erant in Susān. qui Susis erant. hoc est. in urbe Susorum. Sed in prædam. nullius facultates prædae habuerunt. Vide supra vers. 10.

Vers. 16.

Et steterunt. vel. ut starent pro anima sua. & quiescerent ab inimicis suis. ac si diceret. congregati sunt pro sua vice defensione. & pro quiete ab hostibus consequenda. IN prædam. in spolia. hoc est. in bona hostium suorum: aut ad prædandum. Hiero. prædas de substantijs eorum agere noluerūt. Iosephus. καὶ ὀδευότων τῶν οἰκείοις ὅπαρχόντων οὐ θύρων οὐ ποιάτων. QVINQVE & septuaginta millia. In Iosephi Græco exemplari. ἐπλασμούσιοι καὶ τενταυσχίλοι. optimè. Sed apud interpretem vulgo legitur septuaginta sex: in alijs. septuaginta septē. erratū in numeris. forte error ex similitudine ε & ζ: quorum alterum 5: alterum 6 notat.

Vers. 17.

DIE tertia decima. dependet à verbo occiderūt. aut congregati sunt. ex versu superiore. FECERUNT eum. fecerunt eum diem. diem coniuij & latitiæ. ἐπράσιμον ἐποίησαν καὶ ἐνωχήθησαν. Pro eum. magis est vertere eam. Nam præcedit die tertia decima. De Santis translatione loquor. alioqui malum. die decimo tertio. &c. fecerunt eum.

Vers. 18.

IN Susān. urbe. EVM. eum diem. nempe decimum quintum mensis Adar.

Vers.

Vers. 19.

ID CIRCO. propter victoriam. quam eo die consecuti erant ab hostibus suis. VILLICI. Tremellius & Iunius. pagani. magis probo. scipmox explicat cùm ait. qui habitant in urbibus non muratis. Non muratis. ad verb. in urbibus pagorum. Pagos intellige. quas nunc lingua communii villas vocant. cùm villa domus olim vna fuerit virorum nobilium; unde nominantur Metelli villa. Ciceronis villa. & aliorum similium. Tremel: habitantes in pagis civitatum. DIEM XIV^{um} mensis Adar. Hic dies appellatus fuit postea festum sive dies Mardochai: Græcē Μαρδοχαῖον μέρα: de qua mentio usurpatur 2. Machab. capite ultimo xl. 37. his verbis τῇ διώδεξατο μηνῷ, Adar φέγγεται τῇ συριακῇ φωνῇ. τῷ μιᾶς μέρᾳ τῷ Μαρδοχαῖον μέρᾳ. Quæ vetus translator sic conuertit. Tertia decima die mensis Adar. quæ dicitur voce voce Syriaca. pridie Mardochai diei. Dicebatur & festum sortium minus. ET MISSIONIS PARTIUM. mittebant eo die partes sive portiones alter ad alterum. Cæterum partes intelligit. nisi fallor. quæ Græci apophoreta. Latini missilia sive res missiles appellant. eas partes veteri ritu mittebāt sibi mutuo. interdum autem apponebant conuiuis. quas vel domum poterant auferre. vel mittere. quod volebant: unde nominantur missilia. Has partes autor Voluminis M A N O T H. vocat. Vetus interpres. ciborum & epularum partes. Iosephus μερίδας. Tremellius. portiones. Thargum huius libri M A N O T H. dona vel munera. VNVSQVI SQUE proxime

proximo suo. leg. vniuersusque. ad verb. viri socio suo. hoc est, alterius ad alterum.

Vers. 20.

VERBA hac. hasce res. PROPINQUIS & remotis. tam propinquis quam remotis. Tremellius, *propinquos & longinquis*, vehementer placet. Ordo ac constructio, misit litteras ad Iudeos propinquos & remotos, qui erant in omnibus provincijs regis Asuieri. Huic constructioni firmande est genus masculinum in vocibus, *propinquos & remotos*, cum prouinciae dicantur MEDINOTH genere feminino.

Vers. 21.

STATVENDO eis ut facerent. Tremellius, *instituendo eis ut celebrarent*. D I E M X I I I Ith festū fortium minus, ut diximus. ET quintam decimā. festū fortium maius. PER singulos annos. quotannis. hoc phrasē Ebraica dicitur *in omni anno & anno*. Sic die die. id est, quotidie.

Vers. 22.

I V X T A dies illos. Tremellius, *pro ratione dierum, quibus quieuerunt Iehudai ab inimicis suis, & mēsis qui conuersus est eis, &c.* Hoc significat, Statuit ut eos dies festos ac lātos quotannis agerent, quēadmodū fecerant ijs diebus; quib⁹ quietē fuerant adepti ab hostibus suis, & eo mense, qui conuersus fuerat eis à mōrore in lātitiā. QVI SQVA proximo suo. vel, *cuiusque proximo suo*. Missionis quisq; proximo suo. cōstructio est ut, *secundū eneuisionē Sodomā & Gomorā*. Latinē sic; Sodomā & Gomorā. Nam quia dicitur, *enuertere Sodomā & Gomor-*

Gomoram: mittebant partes quisque proximo suo, ideo verbale nomen eundem casum retinet. Sic apud Graios ἡ ὑπερστά τῷ θεῷ. Nam talis constrūctio verbi ὑπερεῖν in illa lingua. Docti intelligunt, quid velim. DONORVM pauperibus. mittebant quoque dona egenis. Huiusmodi dona Ebraī scriptores SEDACOTH, hoc est, eleemosynas vocant. PAUPERIBVS. Tremellius, *egenis*. In Ebraeo est EBIONIM: vnde nominantur Ebion, & Ebionitæ. Huc respexit Hieronymus, cū ita scriberet, THEODOTIO quasi pauper & Ebionita. Epiphanius, Εβίων γὰρ ἔχει ἀπὸ ιβραϊκῆς εἰς Ἑλλάδα φωνὴν τοῦ ιρουνέατο ρωχός. Thēma est ABAN auere. Nam qui pauper est, semper auet, cum careat rebus ijs, quibus vita sustentatur.

Vers. 23.

ET suscepserunt Iehudai. Tremellius, ita receperunt quoque Iehudai se facturos quod incepérant. Verbum Ebraicum est CIBBEL, hoc est, recipit. Recepit Iudei, enallage numeri, ut bestia clamat: *puella incedit, τὰ ζώα τρέχει*. Huius figura ea vis ut si diceret, quisque Iudeorum recepit. QUAE ceperunt. malo, quæ ceperant. Ordo est, receperunt se facturos, quæ ceperant. vel sancte, receperunt, quæ ceperant facere, ut recipere hic sit, quod vetus interpres retulit, suscepserunt in ritum solennem. ET quod scripsit. supra 20. Vide varias lectiones.

Vers. 24.

AGAGITES. alij, Agagaus. PV R. scribo, Phur. Sic interpres vetus. Phur, quod nostra lingua vertitur in sortem, vox est Persica, ut Scholia Ebraica obser-

obseruant. Vt contereret eos. Tremellius, ad fundendum eos.

Verf. 25.

VENISSET. excidit pronomen, vt sit, *quum autem venisset ipsa*. subintellige Esther. Nihil certius. DIXIT Rex cum epistola. Dicitio Rex abest à codice Ebraeo. ideo scribenda charactere minuto. Rex, inquit, edixit per epistolam, hoc est, missis ea de re litteris. CONVENTATVR. alij malunt, revertatur. IN caput ipsius. Huc pertinet εἰς τὴν κεφαλὴν σου. item, quod tuo capiti sit. Vsus est hoc sermone David Psal. 7, 17. Reuertatur labor ipsius in caput ipsius. fortè sumptum à sacrificiis Ägyptiorum. Nam Ägyptij capiti hostiae, postquam illud diris deuouissent, ita imprecabantur, vt siquid mali aut ipsis immolatibus, aut viuueret in Ägypto futurum esset, id in caput illud conueteretur: quod deinde, imprecatione facta, in flumen proiecabant, aut Græcis mercatoribus diuendebant, quorum copia erat. Herodotus libro secundo. SUSPENDANT quoque eum. rectius videtur, itaque suspenderunt eum, quomodo etiam Tremellius edidit. Certum enim est Hamanem suspensum fuisse priusquam epistola, cuius hic meminit, missa esset. IN ligno. in patibulo.

Verf. 26.

DIES istos. ^{xiii.} & ^{xv.} Adar. PURIM. non Purim; sed Phurim præsa consuetudo. Tralatio vetus, atque ex illo tempore dies isti appellati sunt. Phurim, id est, sortium; eo quod Phur hoc est sortis in

vrnam

vrnam missa fuerit. Phurim Iosephus scripsit φουρίους. id mutarunt sciolii in φουράους, vnde interpretatur Ruffinus, appellantes eos Confessores. Hoc antea à nobis obseruatum fuit. Vera interpretatio φουράους, id est, sortium quasi κληρωτικῶν dicas. Ante hos dies erat ieunium Esther, quod regulariter incidit in ^{xiii^{am}} Adar. Phurim autem in ^{xiv^{am}} & ^{xv^{am}}, vt diximus. Porro valde credibile est, quod etiam Scaliger annotat, ieunium hoc iam olim obseruari desisse post institutam solemnitatem ob partam victoriam de Nicano-re, que incidit in ^{xiii.} Adar pridie diei Mardonochæi, vt habetur in secundo Machabæorum capite ultimo. Sanè diei lugubri & ieunio nō conuenit festiuitas. DE NOMINE Phur. Haphur est in Ebraeo, hoc est, sortis illius, cum emphasi. ET ID quod viderunt super hoc. Tremellius, & propter id quod viderant huius rei. SUPER hoc ad verb. in sic. PERVENT ad eos. rumore nuntio.

Verf. 27.

SUPER se & super semen suum &c. Tremellius, in se & in semen suum, & in omnes qui essent se adiunctur eis. SEMEN suum. posteros suos. COPULATOS sibi. capiendū de proselytis. hoc significat, in omnes qui se ad ipsorum religionē aggregaturi essent. NEC præteribit. Trem. ut nō pereat. Porro trāsire intelligitur quod aut reuocatur aut intermititur IVTA scripturam eorum, & iuxta tempus eorum. Tremellius & Iunius, secundum rescriptum eorum, & secundum conditum tempus eorum. SINGVLIS annis. vel, in quolibet anno. In

In Ebræo est, *in omni anno & anno.*

Verf. 28.

FIENT. celebrabuntur. IN omni generatione & generazione &c. qualibet ætate, familia, prouincia, vrbe. NOn transibunt. non intermitteatur ipsorum solennitas. ASEMINE eorū. apud polteros corum.

Verf. 29.

ET SCRIPSIT *Esther regina.* Haꝝ litteræ scriptæ sunt anno proximo sequenti, qui erat xiiii. à quo regnum acceperat Asverus. Chronicò Ebræorum maius, quod Sederolam rabba vocatur, differtis verbis hoc significat, ybi habet: *Ilo tempore anno sequenti contigit quod scriptum est Esth. 9. 29.* Scriptitque *Esthera regina filia Abihail, & Mardochæus Indeus.* OMNI fortitudine. quanto fieri potuit studio ac contentione. Tremellius & Iunius, ad omnē ratibhabitionem, id est, quicquid potuit pertinere ad illius consuetudinis confirmationē & autoritatem. SECVNDO. Dies Phurim sive sortiū prius confirmati erant à Mardochæo: supra verf. 20. postea quod neglecti & intermissi, vt credibile fit, essent, ideo necesse fuit eos iterum confirmari: quod factum litteris ipsius reginæ, cuius haut dubiè autoritas tum maxima erat inter Iudeos.

Verf. 30.

ET MISIT. Mardochæus. Tremellius & Iunius, Quas litteras Mardochæus misit. VERBA pacis, pacem & constantiam ijs precatus. Verba pacis, id est, pacem; vt verba fraudum, fraudes: verba ieui-

ieiuniorum, ieuiinia. de quo mox. Tremellius & Iunius, verbis proueritatis ac firmitatis premissis. VERITATIS. monuit eos per litteras, vt vel cōstantiae causla eos dies celebres agerent, quos iam in se, & in ſemini ſuum ſemel celebrandos ſolen- niter recepiflent. In notis Vatabli, misit literas plenaſ humanitatis ac veritatis. hoc eſt, humanas & veras. Forte, pacis ac veritatis, id eſt, veræ ac ſolidæ pacis.

Verf. 31.

SECVNDVM quod. Latinè, quemadmodum. FIRMAVERVNT. malim, firmauerant, ſtabiliuerant. SVPER animam ſuam. in ſcipsos; vel, vt Tremellius, apud ſcipsos. ſenſus eſt, quemadmodum statuto ea de re facto receperant in ſe & in ſemen ſuum. VERBA ieuiuniorum. genus loquendi antiquum & elegans. verba ieuiuniorum pro ipſis ieuijni, vt apud Dauidem, verba fraudum, vt apud Plautum res voluptatum, vt apud scriptores Græcos χρῆμα τῶν γυναικῶν pro ipſis fraudibus, voluptatibus, noctibus. horum ieuiuniorum mentio in Zacharia, quaꝝ instituta fuerunt propter captam vrbeam, & incensum templum mensibus Thammuz, Ab, Thesri, & Tebeth, vt Aben-ezra ſcribit. Quidam hunc locum enarrant de ieuinio Estheræ, quod regulariter incidit in xiiii. Adar. Non tamen ſemper in eum diem incidit. Cūm enim neomenia Adar incurrit in feriam ſecundam, ieuium Esther ſemper incidit in xi. Adar feria quinta, vt ante me Cæſaris filius annotauit.

K.

Verf.

Vers. 32.

ET SERMO *Estheræ*. edictum *Estheræ*. Tremellius & Junius, cum itaq; edictum *Estheræ* stabilinisset res istas, conscriptum est in libro hoc. valde placet. Alij, in queis Iarius & Nicolaus, Rogauit sapientes illius etatis ut hanc historiam in numerum sacrorum codicium referrent. Hieronymus, Ratio fortium, & quicquid hoc libro continetur *Estheræ* editio confirmata fuerunt. Sunt qui & aliter exponant, ἔγραψεν ἡγεμόνης τοῦ βασιλέως. id est, in librum illum, existimant autem fuisse librum vulgo eius etatis notum, in quo haec fortium ratio descripta fuerit. Quod si ita est, intercidit hic liber cū alijs nonnullis, qui memorantur sparsim in libris sacris, vt *Liber recti*: item *Liber Salomonis*; & *Mederas Iddo*: &c, *Liber bellorum Domini*: &c, *Annales regum Israël*. Vide Abenezram.

IN

CAPVT DECIMVM.

Vers. 1.

SVPER terram. in regiones continentis, in cōtinentem. Tremellius, imposuit tributum regioni, hoc sensu, ab alijs tributum exegit, Iudeos immunes fecit. minus probo. A H A S V E R O S. ita lectum in Ebraeo: sed scriptum hoc in loco Ahasres omissa Vau littera. ex notis Massoriticis.

Vers. 2.

OMN E opus fortitudinis eius. omnia facta fortia eius. E I V S. regis Ahaveros. EXPOSITIO magni-

magnitudinis. Tremellius, explicatio amplitudinis. V E R B O R U M dierum. hoc est, diarij, sive annalium. M A D A I & Paras. alibi est Paras & Madai, hoc est Persarum & Medorum, vel Persidis ac Mediæ. P A R A S. Scrib. Pharas. ita poscit ratio antiquitatis. hodie hæc regio Farsi appellatur.


Vers. 3.

M O R D O C H A I. Μαρδοχαῖος. simplicia sunt Marda sive Mardo, & Chai id est, Chæus. prius est in Mardontes: alterum in Artachæus. Αρταχαῖος, Αρταύτης: Μαρδοχαῖος, Μαρδούτης. S E C U N D U S à rege. vel secundus ad regem. fallor aut pro eo legitur, secundus regis 2. Paralip. 28, 11. vt idem sit secundus L A M E L E C H; & secundus H A M E L E C H: sicut Psalmus 79 Δαβὶð, & Psalmus 78 Δαβὶð. Porro secundus à rege dicebatur, qui secundum imperij gradū obtinebat, μετὰ βασικέων ἔχων πρεσβίτας, vt Iosephi verbis utr explicantis hunc locum. Cicero dixit, secundus ad regium principatum. Hieronymus, secundus à rege. Sic dicimus, secundus à summo sacerdote. M A G N U S Iudeus. Iosephus scribit eum fuisse τὸν πρώτων παρὰ τοὺς Ιερούσαλημ, & certè Ezrae 2, 2. (si modo idem est) recensetur inter primos, qui cum Zorobabele ascenderunt ex captiuitate Babylonica. ex quo Abenezra colligit, cùm iam postliminio reuersus esset, & videret ædificationem urbis ac templi ex voto non succedere, relicta Iudea profectum fuisse vñā cum Estheræ patruele in Susianam, ibique in aula versatum apud regem, nec cognitum, quod Iu-

dæus esset, priusquam contigissent ea, quæ referruntur suprà capite tertio. M V T I T V D I N I fratrum suorum. plerisque Iudeis. QVÆRENS bo-num. 1. Machab. 14, 4. de Simone principe καὶ Σέντχει ἀγαθὰ τῷ θεῷ αὐτῷ, καὶ ἔρεσεν ἀυτοῖς ἡ ἑγ-σία αὐτῷ, καὶ ἐδόξα αὐτῷ πάσας τὰς ἡμέρας. ex hoc loco interpretor, acceptus multititudini fratrum suorum, ἔρεσεν τοὺς πόλιοις τῷ λαῷ αὐτῷ. L O Q V E N S pacem. consulens saluti & prosperitati. vt, locutus bene de rege, id est, benemeritus, suprà nescio quo in loco. Sic, benedicat tibi Deus in Sion. beneficiat. SEMINIS suo. posteris suis; vel, genti ac popularibus suis.

F 7 N 7 S.

ADDI-



ADDITIONES

AD LIBRVM

ESTHER.

*Interpretatio Latina noua.***I. DRVSII in eam scholia.**

Cap. x.

Vers. 4.

ET dixit Mardonieus, A Deo facta sunt ista.

Vers. 5.

Recordor enim somnij, quod hisce de rebus vidi. nihil enim earum omissum fuit.

Scholia.

Recordor. vide infra 11, 5. *Hisce de rebus.* τῷ λόγῳ τούτῳ. Super his rebus. λόγον pro re etiā Sophocles usurpauit. *Nihil enim earum omissum fuit.* οὐδὲ γάρ τις λόγος, id est, verbum ē verbo, neque enim præteriit ab ijs verbum. οὐδὲ λόγος, nihil quicquam, q. d. ne verbum quidem. *Vetus habebat, nec eorum quicquam irritum fuit.*

Vers. 6.

Paruus ille fons creuit in fluuiū, eratque

K 3 lux

lux & sol, & aqua multa. Esther est fluuius ille, quam Rex duxit, & reginam fecit.

Scholia.

Creuit in flum. ἐγένετο ποταμός. factus est fluuius. editio Basileensis ea, quæ in octavo folium complicat ἐγένετο ποταμός. ex quo Vet. Lat. *qui creuit in flum.* probarem, nisi sequeretur, & *in lucem solemq; conuersus est.* Quid? an fons ille conuersus fuit in solem? interpres nuperus vir doctus aliter hunc locum conuerit, *parsus fons, qui flum effetus est exorta luce & sole, & aqua multa.* ESTHER est flumus ille. Εσθής ἐστιν ὁ ποταμός. Vetus interpres non legit ὁ ποταμός. nam ita verit, *Esther est, quam Rex accepit uxorem.* probo hanc lectionem. ET reginam fecit. καὶ ἐποίησε βασίλισσαν. hæc sumpta sunt ex 2, 17.

Vers. 7.

Duo vero dracones ego & Haman sumus.

Scholia.

H A M A N. ita scribendum perpetuo hoc nomen; non Aman, ut Græci codices habent. Libri, & consuetudo Ebræa.

Vers. 8.

Gentes autem sunt, quæ coiuerunt ad perdendum nomen Iudæorum.

Scholia.

Gentes autē sunt. τὰ δὲ θύμ. hīc subaudio sunt. ellipsis tritissima in sermone Ebræo. Iunius, atque hec gentes. καὶ τὰ θύμ.

Vers.

Vers. 9.

Mea vero gens, ipsi Israelitæ, qui ad Dominum clamauerūt, & seruati sunt, & seruauit Dominus populum suum, & eripuit nos ex omnibus istis malis; & fecit Deus signa & portenta magna, quæ non fuerant facta inter gentes.

Scholia.

Ipsi Israelitæ. οὗτος ἐστιν ὁ Ισραὴλ. ipse est Israel. Iunius, ipsa est Israel. τοῦτο ἐστιν Ισραὴλ. Q u i clamauerunt. Tralatio vetus, que clamauit. ὁ Βοήσας. eadem sententia. E t seruati sunt. καὶ σωθήσαται. nō est apud veterem. forte aberat ab exemplari, quo interpres ille vsus fuit. S I G N A & portenta magna. Vet. signa magna & portenta inter gentes. τὰ σημεῖα τὰ μεγάλα, καὶ τὰ τρίπτα εἰς τοὺς ἑρεστούς. In codem, ab omnibus malis. cαὶ τῶντων κακῶν. desideratur τοῦτο, quod tamen non caret emphasi.

Vers. 10.

Propterea fecit duas sortes, unam populo Dei, alteram omnibus gentibus.

Scholia.

F E C I T sortes duas. Vet. duas sortes esse præcepit: unam populi Dei, & alteram cunctarum gentium.

Vers. 11.

Et venerunt hæduæ sortes in horam, & tempus, & diē iudicij coram Deo in omnibus gentibus.

Scholia.

IN horam & tempus & diem indicij. antea erat, in statutum ex illo iam tempore diem uniuersis gentibus. **I**N omnibus gentibus. vel, inter omnes gentes. Iunius, apud omnes gentes.

Vers. 12.

Et recordatus est Deus populisui, & iustificauit hereditatem suam.

Scholia.

IU S T I F I C A V I T. ιδικάσωτε. **V**et. *miseritus est.* id est, έλέησε. Iustificare hoc in loco alij exponunt absoluere, alij assercere, vindicare. vtrumque eget probationis. Iunius, *affernitq; institūtā hereditatis suā. HÆREDITATEM suā.* την κλυρονομίαν άντε. id est, populum suum. idem repetit alijs verbis. forte hoc significat, populum suum iustum esse, & vacare ab omni culpa, improbos poena affiendo, declarauit.

Vers. 13.

Itaque erunt eis illi dies mensa Adar, quartadecima eiusdem mēsis, cum cōetu, & gaudio, & lētitia coram Deo, in populo ipsius per æternū.

Scholia.

IT A Q U E erunt. καὶ ἐσούλαι. & erunt. hoc est, obseruabuntur, agentur, solennes erunt. **C**VM cōetu. alius interpres, *cum celebritate.* **Q**UARTA decima. τῇ γεωργησκαμένᾳ. Biblia Basileę impresa. τῇ γεωργησκαμένᾳ, καὶ τῇ τέλει ḡ δεκάτῃ. Sic interpres vetus, *quartadecima & quintadecima.*

Rectum

Rectum esse apparet ex 9, 18. P E R etates. κατὰ γενεὰν. Iunius, *per generationem quamque.*

Cap. XI.

Vers. 1.

ANNO quarto regnante Ptolomæo & Cleopatra attulit Dositheus, qui se sacerdotē ac Leuitam esse dicebat, & Ptolomæus filius eius positam supra epistolā Phurim, quam aiebant interpretatum esse Lysimachum Ptolomai filium, qui erat Ierosolymis.

Scholia.

P O S I T A M supra epistolā. τὴν προκειμένην ἐπιστολὴν. alij, *propositam epistolam.* alij, *banc epistolam.* Sic inter. vet. P H Y R I M. τῶν φουρίμ, vel, φουρέμ. male φουροῦ in Bas. Sic. 9, 26. ἐπεκλήθησαν ἀντίκρους ἀνταρά φουροῦ διὰ τὸν κλήρον. legendum si ne villa dubitatione φερίμ διὰ τὸν κλήρον. mendum perpetuum in eo codice. Vetus autē esse doceri potest ex Iosepho, in quo similiter φουράδος scriptum pro φουράοντος. itaque interpres olim cōuertit, *Confiratores.* prorsus imperitè. **Q**VI erat Jerosolyma, vel Ierosolymis. τὸν δὲ ierousalāμ. sub. δύλα ἡ οἰκούλα; vt δὲ τοῖς δυραγοῖς: nisi maius τὸν γεννηθέντα ἐν ierousalāμ. id est, natū Ierosolymis. **V**et. in Jērusalem, legit, vt videtur, fine articulo ἐν ierousalāμ. Partim interpretatione hodie *Ierosolymitarū,* τῷ δὲ ierousalāμ, aut phrasī magis Ebraica ἀνδρα K 5 ieroso-

ἱεροσολύμων virum Ierosolymorum, id est, Ieroſo-
lymitanum, vel ἡρόντιον μαν.

Vers. 2.

Anno secundo regnante Artaxerxe illo
magno prima Nisan somnium vidi Mar-
dochæus filius Iari, filij Semei, filij Cis de
tribu Beniamin.

Scholia.

Artaxerxe. Asvero. ILL O magno. τῇ μεγάλου.
Hinc illud βασιλεὺς δέ μέγας de Persa. Vide Ob-
seruat. 12,4. P R I M A *Nisan.* prima die mensis
Nisan ad verb. una *Nisan* τῇ μίᾳ, hoc est, τῇ ἡρώ-
τῃ; vt μίᾳ τῶν σαββάτων prima hebdomadæ. Theo-
phylactus Luc. 18, 12. τῷ πατέρᾳ γὰρ Εβραιοῖς τὸ μίαν
ταῦτὸν σηκαίνει τῷ ἡρώτῃν. *Filius Iari.* τῇ ιάρῳ.
supra 4,5. Αἵρετ. placet legere Ιάρῳ, id est, Iari, vt
vetus interpres habet. emendatio certa vel ex co-
dice Ebraeo, itaque ei probanda verbum amplius
non faciam.

Vers. 3.

Homo Iudæus habitans in Susis ciui-
tate, vir magnus, qui erat minister in aula
regis.

Scholia.

In Susis cimitate. ἐν Σούσεις τῇ πόλει. hoc est, in
Susan Habira. vide 4,5. vnde hic locus descriptus.
Q. vi erat minister. δερπαντῆς ὄν, qui ministrabat
regi in aula. Historia Ebraica habet, qui sedebat in
aula. Vetus inter primos aula regia.

Vide infra
12, 1.

Vers.

Vers. 4.

Erat autem ex captiuitate, quam depor-
tauerat Nabuchodonosor rex Babylonis
Ierosolymis cum Iechonia rege Iudææ.

Scholia.

E x captiuitate. ex captiuis. Ebraismus nō mi-
nus frequens, quā notus. *Ierosolymis.* ἐξ ιερουσαλήμ.

Vers. 5.

Atq; hoc eius somnium, Ecce vox tu-
multus, tonitrua, & terræmotus, & cōtur-
batio super terram.

Scholia.

A T Q U E hoc eius somnium. Huius somniū men- Lib. x.
tio apud Iosephum Gorionis compositorem hi- cap. 4.
storię Ebreę per hæc verba: *Mardochæus igitur,*
*cum sciret, quæ Haman moliretur, memor fuit som-
niū, quod viderat anno secundo regis Asveri.* Nam
in somniū vidit, & ecce terræmotus magnus, & to-
nitru validum ac vehemens, fueruntq; turbæ per
universam terram, formido & commotio, & tremor
& conturbatio super omnes habitantes in ea. Tunc
pralium inierunt duo ingentes dracones alter ad-
uersum alterum, & concurrerunt ad vocem eorum
omnes gentes terra. Et ecce inter eas gens quedam
paruula, in quam reliqua omnes gentes insurre-
runt ad perdendum nomen eius, & delendum me-
moriā eius ex universa terra. Fueruntq; illo die
tenebrae, & caligo per universum mundum, afflictæ
fuit gens illa paruula valde. itaque clamauerunt
ad Dominum. *Dracones autem interea pugnabant*
magna

magnatum crudelitatem tuum iracundia, nec erat qui eos dirimeret. Iterum vidit Mardochaeus in somnio, & ecce fons exiguis transfibat inter duos illos dracones, & dirimebat prælium, quod fuerat inter eos. Porro fons ille exiguis crevit supra modum, effusus est fluuius exundans, ut cum exundat mare magnum, ac spatiolum, & pergebat inundare omnem terram. Vedit deinde, & ecce sol exortus est super terram, fuitque lux per totum mundum. Postea eneas a fuit, magnaq; eusq; parua illa natio, & qui sublimes fierant, humiliata sunt, fuitque deinde firma pax per totum mundum. Ceterum Mardochaeus ab eo deinceps tempore seruabat apud se somnium, quod viderat. Et fuit quum vidisset Mardochaeus hoc somnium, ut narraret illud Estheræ, quem tum puella paruula erat in sinu ipsius. Cum autem Haman ipsum oppugnaret, dixit Estheræ regina filie patrui sui, quæ sequuntur, Venit somnium, quod narravi tibi in diebus pueritia tua. Nunc igitur surge, & cat. Haec tenuis Iosephus ille.

Vers. 6.

Et ecce duo magni dracones processerunt ambo ad concertandum.

Vers. 7.

Fuitque clamor ipsorum maximus: quo clamore paratæ fuerunt omnes gentes ad bellum genti iustorum inferendum.

Scholia.

Et fuit clamor ipsorum magnus. οὐτέ τινες φαντασίαι, ita Complut. At Biblia Basileæ impressa

impressa, οὐτέ τινες φαντασίαι.

Vers. 8.

Et ecce dies tenebrarum, & caliginis, calamitas & angustia; afflictio & turbatio magna super terram.

Scholia.

Afflictio & turbatio. In Basileæ editis οὐτέ κάκωσις τάραχος μέγας, & afflictio turbatio magna. Vet. & ingens formido. At Complut. κάκωσις οὐτέ τάραχος, quem nos sequuti sumus.

Vers. 9.

Itaque conturbata est omnis gens iustitientes sua ipsorum mala, & parati fuerunt perire.

Scholia.

OMNIS gens iusta. natio omnis iustorum. Et parati fuerunt perire. scipios ad interitum compaurerunt. Vet. & preparata ad mortem. οὐτέ τινες φαντασίαι.

Vers. 10.

Et clamauerunt ad Deum: ad quorum clamorem ingens velut è paruo fonte fluuius, & multa aqua promanauit.

Scholia.

Et multa aqua. copula abest à Græco. itaque verti potest, quorum clamore promanauit, velut è paruo fonte flumen magnum, aqua multa. Iunius, ad clamorem ipsorum factus est quasi ex paruo fonte fluuius magnum, aqua multa. Vet. & illis vociferant-

ferantibus, fons parvus crevit in flumium maximū,
& in aquas plurimas redundant.

Verf. 11.

Lux, & sol exortus est, & humiles exaltatisunt, & deuorauerunt inclytos.

Scholia.

I N C L Y T O S. vel, gloria illustres.

Verf. 12.

Postea experrectus Mardochæus, qui viderat somnium hoc, & quid Deus delibaret facere, id somnium in animo habuit, & omni ratione illud voluit cognoscere usque ad noctem.

Scholia.

E t quid Deus deliberaret facere. Καὶ τί δέος βουλεύει των ιστών. Quidam vertit, & consilium Dei sibi representatū. In Basili, καὶ δέος βεβούλεια των ιστών. abest τὸ vitio, ut opinor, chalcographiæ. OMNI ratione. Εἰ τωντὶ λόγῳ, id est, omnino. ΒΟΙΤΑ. Complut. οὐδὲν. Bas. οὐδὲν. Extrema verba, usque ad noctem. à vet. Lat. absunt.

Cap. XII.

Verf. 1.

Quiescebat autem Mardochæus in aula cum Gabatha & Tharra duobus eunuchis regis custodibus aulæ.

Scholia.

Scholia.

Quiescebat ἡσύχασε. Vet. morabatur. In Ebreo est, σέδεδεbat Esth. 2, 21. Iupra 11, 3. Σερπευτὴς ὁ. quod sumptum ex interpretamēto 2, 21. ὁ δὲ Μαρδοχαῖος οὐδὲπάνεπεν τὸν ἀντῆ. Quo fit, ut nullo modo dubitē, quin melius omnino sit Σερπευτὴς ὁ: quām quod vetus interpres legit, inter primos aula regia, id est, πρωτεύων τὸν ἀντῆ τοῦ Βασιλέως. G A B A T H A. γάβαθα. Vet. Bagatha. proprius ad scripturam Ebraicam, Bagathan: quomodo haud dubiè scribendum est. Ε τ Τ H A R R A. ς θάρρα. Vet. Thara. id est, θάρρα. leg. θάρρες ex codice Ebreo. C V S T O D I B U S a u l a. In Iosepho Gorionis lectione S O A R I M, id est, ianitores θυρῶν, ostiarij. In historia sacra, custodibus liminis.

Verf. 2.

Audiuitque eorum cogitationes, & curias eorum scrutatus est, & didicit quod pararent manus iniijcere Artaxerxi Regi, eosque regi indicauit.

Scholia.

A V D I V I T Q U E. In Iosepho Gorionis: Erant autem hi duo eunuchi ex propinquis Hamanis, amici eius fidelissimi, & consiliarij. & aliquanto post, Mardochæus igitur audiuit susurros eunuchorum, & intellexit nutus ipsorum & consilia ipsorum, & indicauit rē reginae filia patrui sui; regina vero deinde regi indicauit nomine Mardochæi. Tunc quaesta est res, & comprehensa ita se habere. itaque suspensi sunt ambo ē patibulo. Porro Haman quanto potuisse

potuit studio eos à morte liberare conatus est, sed frustrà nihil enim efficere potuit. Q uod pararent manus iniucere, parauerant regi manum inferre, eiq̄ caput dormienti in lecto adimere. Iosephus. *Eos quod ad verb. de eis.* IN DIC AVIT. indicavit Estheræ reginæ. Estheræ porrò Regi nomine Mardochæi enuntiauit. Ergo indicavit regi. super Estheram reginam. Vide 2, 22.

Vers. 3.

Et quæstionem habuit Rex de duobus eunuchis suis, & confessi laqueo suffocatisunt.

Scholia.

ET confessi. quum habita quæstione confessionem ab illis extorisset, vtrumq; laqueo strangulum curauit. LAQUEO suffocati sunt. ἀπνηγχθοσιν Libri quidam ἀπνηγχθοσιν. malè interpres editionis Bas. abducti sunt. Sumptum ex illo, suspensi sunt in patibulo. 2, 23.

Vers. 4.

Et scripsit Rex sermones hos in commentarijs; Mardochæus quoque scripsit de eisdem verbis.

Scholia.

ET scripsit. curauit scribi. SERMONES hos. hasce res, hanc historiam. In Iosepho Gorionis, ET fidele hoc factum Mardochæi scriptum est in commentario regis Averi. Haman vero supramodum admiratus fuit, eo quod suspensi essent amici & sotij eius. Quam ob causam conatus est deinceps lere

tere & exterminare omnes Iudeos. IN commentarijs. εἰς μνημόσυνον. aut hoc dicit, scripsit ea memoriarum caussa: aut μνημόσυνον hic valet ὑπόμνημα. hoc est phrasī Ebraica, liber memoriarum, siue commentarius memoriarum caussa conscriptus, ut sensus sit, scripsit ea ἐν ὑπομνήματι. Sic Vet. scripsit in commentarijs. 2, 23. οὐ ἐπέτρεψεν παταχωρίσαι εἰς μνημόσυνον ἐν τῇ βασιλικῇ βιβλιοθήκῃ. 6, 1. vocantur γράμμata μνημόσυνa. DE ijsdem verbis. τούτων λόγων τούτων hisce de rebus. τούτων abest à nonnullis editionibus.

Vers. 5.

Et iussit Rex Mardochæum ministrare in aula, & dedit ei munera propter hoc.

Scholia.

MINISTRARE in aula. Vet. ut in aula palatij moraretur, hoc malo. Nam incertum an ibi munere aliquo functus sit, quod tamen viri docti affirmant: sed affirmant tantum, non probant liquidè ex historia sacra. ET dedit ei munera propter hoc. καὶ ἐδώκεν ἀντί δόμαλα τερπὶ τούτοις. Vet. datis ei pro delatione muneribus. Alius interpres, eumq; pro delatione donis ornauit. In collectaneis Rob. Stephanii, & dedit ei dona propter hoc, id est, premia indicij, eisq; maleficij delati ei tribuit. Sic alij omnes, quos adhuc vidi. Sed tamē quid si τερπὶ τούτοις, pro eō ministerio? docti expedent.

Vers. 6.

Et Haimā Hamadathi filius Bugæushonoratus erat apud regem, & querebat ma-

L. lefa-

lefacere Mardoch^{eo}, eiusque populo propter duos eunuchos regis. Epistolæ autem hoc exemplar fuit.

Scholia.

Hamadathi. ἄμαδάθη, id est, Hamadathi à reto Αμάδαθος, perperam igitur Hamadathē in translatis suo proximo superiore. Bugaeus. βυγάεος. Vide cōiecturam nostram super hac voce 3, 1. Nam & ibi lectum βυγάεος pro eo quod in Ebræo Agagī, id est, Agagēus. PROPTER duos eunuchos regis. Vide supra vers. 4. alia caussa refertur 3, 5. & apud Iosephum Gorionis lib. 1. cap. 4. initio capit. HONORATVS. illustrem honoris locum apud Regem obtinebat.

Cap. XIII.

Vers. 1.

Rex magnus Artaxerxes, principibus & toparchis subditis centum viginti septem prouinciarū, ab India Aethiopiam usque, hæc scribit.

Scholia.

Rex magnus. hæc epistola olim legebatur, & nunc etiam legitur plerisque libris inserta 3, 13. post verba illa, ρι διαρτάσσει τὰ ὑπάρχοντα ἀντίων. Eadem legitur apud Iosephum, quamquam verbis haud paululum mutatis, Orig. Iudaic. lib. 11. cap. 6. CENTVM viginti septem. sumptū ex Volumine

ADDITIONES.

163

lumine cap. 8, vers. 9. PROVINCIA RVM. χω-
ρῶν. apud Iosephum σαλπαῖῶν. Et toparchis sub-
ditis. prætoribus subditis. Vet. & ducibus, qui eius
imperio subditis sunt. sententia postulat, *nostro im-
perio*. vt in Epistola, quæ scripta pro Iudæis, prin-
cipibus, qui *nostra iussioni* obediunt. Sed ibi in Gre-
co est, *τοῖς τὰ ἡμέτερα ὅρονται*.

Vers. 2.

Quum dominio multarum gētiūm, &
imperio totius orbis potitus essem, volui
non confidentia potentia elati^s, sed mi-
tius & clementius gubernans, subiectos in
vita fluctuum experit perpetualiter consti-
tire, & regnum tranquillum ac perium ad
extremos usque fines reddens, renouare
exoptatam omnibus hominibus pacem.

Scholia.

*IN vita fluctuum experite. Libri Græci hīc va-
riant. Quod enim in alijs διὰ παντὸς κατασῆσαι βίες
in alijs legitur διὰ παντὸς κατασῆσαι βίες. ordo ac
sensus, τοὺς ὑποτεταγμένων βίες ἀκυρώντως κατασῆ-
σαι διαπαντός, id est, subditorum vitam perpetuò
tranquillam reddere.*

Vers. 3.

Quærēte autē me à cōsiliarijs, quomo-
do hoc ad finē perduci posset, qui sapiētia
apud nos præstabat, & benevolētia immu-
tabili, ac firma fide spectatus atque secun-
dam in regno dignitatē adeptus, Haman,

Scholia.

QV sapientia apud nos praestabat. Libri Graci partim διαφροσύνη τωράν διαπέψεις : partim τῇ σωφρ. τωράν διατήψεις, quod tamen non laudo. Iosephus διὰ σωφροσύνης τωράν ἐμοὶ την πρότευ μολ-ρα τηγαν. firmat lectionem Complutensem. **B**E-
NEVOLENTIA immutabili. ἐν τῇ ἐννοίᾳ ἀπαρα-
λάσκτῳ. Basileensis codex, ἐν τῇ ἐννοίᾳ ἀπαράλασκτος,
hoc est, in benevolentia constantissimus.

Vers. 4.

Indicauit nobis omnibus per orbē ter-
rarum tribibus permixtum esse populum
quendam inimicum, legibus omniū gen-
tium aduersarium, qui Regum edicta affi-
diū sperneret, vt iam cōstitutum imperiū
non possit inoffensum statum obtinere.

Scholia.

INDICAVIT. ἀπέδειξεν. alia lectio ἐπέδειξεν.
apud Iosephum ὑπέδειξεν. **T**RIBVS. φυλῶν.
τοντέσι λαοῖς ἔδειξεν. **A**D VERSARI V M. αὐτούσιον.
contrarium ἐνντίον, ἀλόγοιον. **V**T iam cōstitu-
tum imperium. τῷρος τῷ μὴ κατατένεθαι τὸν ὄφη μῶν.
In Basileen. ἐφ' scriptum pro ὄφ', &c κατατένεθαι
pro κατατένεθαι. **I**N OFFENSVM. ἀμέμπτως. si-
ne offensione hominum.

Vers. 5.

Cūm igitur accepissimus gentem hanc
solam in eo positam vt semper aduersetur
hominibus; rationeque legum peregrina
res

res nostras commutantem, ab eisque dissi-
dentem grauissima consummare mala, vt
regnum hoc conuenientem statuni mini-
mè obtineat.

Scholia.

GENTEM hanc. Complut. ὡς τὸ δέ τοῦ Θεοῦ. sed
ὅς in Bas. non reperitur. **I**N eo positum vt semper
aduersetur. ἐν ἀντιπαραγωγῇ των ἀνθρώπων. vt om-
ni homini aduersetur. Complutensem hanc le-
ctionem probo. Basileensem tamen quamvis cor-
ruptam vitiosamque, notam esse omnibus volo
ἐντοτι παραγωγῇ. quam à mala manu, aut ab in-
docto correctore esse inclinat animus credere.
GR A V I S S I M A consummare mala. τὰ χειρότε-
στιντεῶν κακά, fortè aī melius legitur in Basil. τὰ
χείρισα συντελῶν κακά. quibus otium est, expendet.

Vers. 6.

Mandauimus igitur, vt quicunque vo-
bis significati fuerint litteris ab Hamiane
negotiorum præfecto, & secundo à nobis,
vnā cum vxoribus & liberis omnium ho-
stium gladijs absque villa misericordia, aut
venia perdantur radicitus decima quarta
Aadar mensis duodecimi, præsentis anni.

Scholia.

SECUNDΟ à nobis. δευτέρης τῷρος ὄφη μῶν. nihil
muto. variantem tamen lectionem notam face-
re quid verat? in Bas. igitur δευτέρης τῷρος ὄφη μῶν, &c Vide int
apud Iosephum, ὃν τὸ δευτέρης μου τῷρος ἀμέμπτως. 16, 11.

L 3

In

In translati olim à Hieronymo, *Secundus à rege,*
& quem patris loco colimus. Videtur interpres ille
 utramq; lectionem exprimere voluisse. **R A D I-**
C I T V S ὁλοφίζουε. Quidam formis excusiō λοφίζεται.
 eodem redit. **D E C I M A q u a r t a** *Adar mensis.*
 Sic Hieronymus. In Græco est τῇ τεσαρεσκαιδεύστῃ. Iosephus quoque habet τῇ τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ, quod idem est, tamen in historia 3, 13. est τῇ τρίτῃ καὶ δεκάτῃ: quæ lectio stabilitur ex 8, 12: & 9, 1. Quorsum hęc dices: vt intelligas Additiones istas non semper oracula fundere. Viderint igitur qui sic eas tuentur, vt canonicis libris non maiorem fidem habendam esse viris equisque contendant.

Vers. 7.

Vt homines iam olim, & etiā mū exosī uno die violenter ad inferos descendentes, in posterū tempus quietas & tranquillas nobis res omnino exhibeant.

Scholia.

VIOLENTE R. Βιάμως, morte violenta. **A**d inferos. ἐστὸν αὐτὸν in sepulchrum. **O**MNINO. διατηλοῦς, in perpetuum, continenter. **Q**VIETAS & tranquillas. ἐνταῦθη καὶ ἀτέπαχα. bene constitutas, & turbarum expertes.

Vers. 8.

Et precatus est Dominum, memor omnium operum Domini.

Scholia.

Et precatus est, sub. Mardochæus. Hac legebantur capite quarto in extremo post verba illa,

per-

pergenſq; Mardochæus, fecit omnia, que mandauerat ei Esther. annotat Hieronymus. **O**MNIVM operum Domini. omnium operum eius. nomen loco pronominis, enallage vſitata Ebræis. Vide Animad.lib.2.cap.6.

Vers. 9.

Et dixit, Domine Domine rex omnipotens, quippe in potestate tua omnia sunt, neque est qui tibi resistat, cùm voles tu seruare Israëlem.

Scholia.

Et dixit. In Iosepho Gorionis, *Et Mardochæus Iudeus precatus est Dominū Deū Israël,* & dixit, *Manifestū ac notū coram solio gloria tuae. Domine totius mundi, Ante latet quod non fastu, aut superbia factum à me sit, vt non adorauerint Amalecitam Hamanem pessimum istum hostem oppresurum populum tuum sanctum, & decus tuum? Sanè reverentia tui contendi cum eo, nec adorari eum. Metuebam enim à te Domine mi Deus itaque non lui dare honorem tuum alijs, aut decus meum carni & sanguini, neque volui adorare alium prater te. Quis enim ego, vt non adorarem Hamanem, quem hoc eius tempus euexit, & Rex Asverus magnificauit. Quin pro salute Iraelis lamberem calceos pedum eius, & puluerem terra, quem calcat. Nunc igitur Deus noster, libera nos, quas sumus, ē manus ipsius, & cadat ipsius met in foneam, quam abscondit, & in puteum, quem fodit, & capiatur reti, quod abscondit pedibus sanctorum tuorum, & cognoscant*

L 4 omnes

omnes populi te non oblitum esse iuramenti, nec recidisse, quod inratus es olim patribus nostris: etiam cognoscant quod tradideris nos in captivitatem, non quod potentia tua diminuta sit, quasi non possis servare nos; sed propter iniquitates patrum nostrorum venditti, & propter peccata nostra deportati sumus ē terra nostra. Siquidem peccaueramus in te. Nunc igitur Deus noster * qui mortua vitam das, disceppta causam nostram, vindica, & serua nos ē manu Haman, à quo tantopere preminur. In te oculi nostri coniecti sunt, ad te configimus ut sis nobis clipeus, utque stes in medio nostri pugnando pugnas nostras, & indicando eos omnes, qui in nos confundunt. Memento nostri Domine Deus noster, quia pars tua sumus inter filios hominum. Nam ab eterno cum possidendoꝝ à te homines partireris, altissime, nos in fortē tuā venimus, quam iecisti inter filios hominum, tum, inquam, ascendimus in fortē Domini. Nunc autem, Deus noster, cur dicant gentes hostes nostri non esse Deum Iſraēli, cur aperiant os suum ad deorumandum partem tuā, populū sānctām, & ad laudandum idola sua vanissima? Quos sumus, Deus noster, libera nos nunc ē manu ipsius, pudeſtant ſpe ſua fruſtrati, & ponant manum super eos quem videbunt ſalutem, quam tu Domine nobis conciliabis. Miferere ergo populi tui, & hereditatis tue, ne ocludas ora laudantium te vefſere, manū & meridie ingiter. Conuerte macorem noſtrum in gaudium, & luctum noſtrum in latitiam, & diem iocundum. Hucusque Iosephus. OMNIA ſunt. τῶις est. Libri nonnulli τέτο τῶις εἰ. minus placet.

Verſ.

Verſ. 10.

Tu enim fecisti cœlū & terram, & quicquid admirandum sub cœlo.

Scholia.

S V B cœlo. ἐπεὶ τὸν ὕψον ὀυρανόν. in ea parte vniuersi, quae sub cœlo. Simile, excides eos ē sub cœlo. sensus est, ex omni eo, quod sub cœlo. Vet. quicquid cœli ambitu continetur.

Verſ. 11.

Dominus es omnium, neque est qui resistat tibi Domino.

Scholia.

Q VI resistat tibi Domino. Vet. nec est qui resistat maiestati tuae. *

Verſ. 12.

Tu omnia nosti, tu ſcis, Domine, quod neque cōtumelia, nec superbia, neque gloriæ cupiditate adductus hoc fecerim, ut superbū Haman non adorarim.

Scholia.

Tu ſcis Domine. σὺ οἶδας χόρπε. Vox χόρπε (in Bas. χόρπισ-) abeft ab interpretatione Hieronymi.

Verſ. 13.

Libenter enim voluifsem deosculari vestigia pedum eius pro ſalute Iſraēlis.

Scholia.

VESTITIGIA. alij. plantas pedum eius.

Verſ. 14.

Sed hoc feci ne gloriam hominis glorie

Dei anteferrem, neue præter te, Domine,
alium quenquam adorarē: neque hoc per
superbiā faciam.

Scholia.

P R A E T E R *ne Domine.* τῷ λόγῳ τοῦ κυρίου. Quædam
exemplaria, τῷ λόγῳ τοῦ τόπου κυρίου μου. Hieronymus,
exceptio Deo meo. τῷ λόγῳ τοῦ θεού μου.

Vers. 15.

Nunc ergo Domine Deus rex, parce po-
pulo tuo, quoniam nos intuentur in per-
ditionem, cupiuntque delere eam, quæ ab
initio tua fuit, hæreditatem.

Scholia.

D E U S rex. ὁ θεὸς ὁ βασιλεὺς. **Vet. rex Deus A-**
braham. βασιλεὺς ὁ θεὸς Αβραὰμ. **I N perditionem.**
vt nos perdant.

Vers. 16.

Ne despicias partem tuam, quā tibi re-
demisti ē terra Ægypti.

Scholia.

P A R T E M tuam. idē cum illo, *hæreditatē tuam.*
sensus est, populū tuū Israēl. indicant sequentia.

Vers. 17.

Exaudi deprecationem meam, & pro-
pitius esto fortitua: luctum nostrum con-
uertere in gaudium, vt viui laudemus nomē
tuum Domine, nequæ aboleas os laudan-
tium te, Domine.

Scholia.

Scholia.

V I V I. salui, valentes, prosperè agentes. Sic,
V inat rex. C O N V E R T E. καὶ στέφου. & conuer-
te. copula abest à quibusdam libris. item abest à u-
tō post dāval. vers. 18. proximè sequenti.

Vers. 18.

Omnès quoq; Israëlitæ clamauerūt pro
virili, quoniā mors corū in oculis ipsorū.

Scholia.

O M N E S quoque. In Iosepho Gorionis: Omnes
quoque Israëlite, qui reperti fuerunt in Susan Ha-
bira, clamauerunt ad Dominum unā cum Mardo-
chao principe seruatore & liberatore Israëlis, secun-
dum manum Dei, qua bona erga illum. quippe sup-
petias ei tulit in negotio hostis, qui premebat, & ar-
rētabat eos, nempe Hamanis filij Hammadathæ A-
malecita. Sed & per omnes prouincias regis Afve-
ri, & in qualibet urbe illarum prouinciarum, iusse-
rat Mardochæus per litteras, vt omnes ficerent,
quemadmodum ipse fecerat. **P R O virili.** έξ ισχύος
& τῶν, maxima vi: quantum potuerunt. Eadē lo-
cutio reperitur in historia sacra, Scriptis q; Mar-
dochæus &c. cum omni fortitudine. hoc est, quanta
potuit contentionē ac studio. Locus est, nisi fal-
lor, Esth. 9, 29.

Vers. 1.
Esther quoque regina configit ad Do-
minum

minum in agone mortis comprehensa.

Scholia.

ESTHER quoque. Esther quoque regina Dominum, ut sui misereretur, precata est, qui ametuebat sibi à malo, quod exoriebatur contra populares suos. Exuitq; vestes regias suas, & ornamenta decoris sui, & induit saccum & cinerem, & sparsit huc illuc crines capitis sui, & replenit caput puluere, & cinere, & affixit se ieiunio tribus diebus interdiu ac noctu, ceciditq; prona in faciem flens, & precata est, Domine Deus Israël, inquit, qui dominatum obtines a diebus antiquis, mundi conditor, opitulare nūc ancillatuo, cui non est adiutor prater te: redime me, & populum meum ē manu hostis, qui aduersatur eis. Etenim ecce ego sola sedeo in domo regis orbapatre ac matre: tu autem pater es pupillorum, ac pupillarum. Ut autem pauper pupilla domatim stipens querit: sic ego quero dum nostri miserearis de fenestra in fenestram suspiciens. Siquidem contemplor caelos tuos, & magnificè nomen tuum prædicto, quod super omnia opera tua, sola & unica in domo regis ab eo tempore, quo traducta ab his sum, usque ad hunc diem. Nunc vero Domine, ecce nunc anima mea in manu mea, recipe eam ē manu mea, si bonum videatur in oculis gloria tua. Quod si nolueris recipere eam, meq; volueris conseruare in vita, ut celebre nomen tuum (nam in sepulchro haudquam enarratur benignitas tua) libera queso ones pascue tue ē leonibus hisce, qui ideo contra eos insurgunt, ut ipsos diripient. Nam pater & mater narrauerunt mihi, & Mardochaeus seruus tuus educator meus, docuit

docuit me, quod etiam in lege tua scriptum est, dicens quod eduxeris patres nostros ex Aegypto, & occideris primogenitos eorum, populumq; tuum sanctum eduxeris ē medio ipsorum manu valida, & brachio extento: postea traduxisti eos per mare rubrum, ut si quis equum per planicem traduceret, & deduxisti eos in desertum, & dedisti eis panem ē celo, & aquam ē perra silicis, quomodo sane nulli genti ē refactum est, quia iudicia tua ignorauerunt. Sed & carnem ad satietatem eis dedisti, coram eis reges magnos & inclitos percuassisisti, tuamq; terram optimam, sanctam, puramq; iisdem possidendam tradidisti. Quum autem patres nostri in magnum tuum nomen peccauerint, nec amplius sint, tradidisti eos & nos in captitiam. In modo nos in hodierno exilio iniquitates ipsorum ecce portamus. At tue, laudande Domine, ab eterno miserationes superauerunt sceleris nostra. puniisti enim nos misericorditer, & condicisti propitium te futurum nobis, si quando tempore aduerso ad te clamaremus. Sic enim locutus es per Mosen seruum tuum fidelissimum in domo tua, quod aduersitate tua accident tibi omnia haec &c. quonia Deus misericors Dominus Deus tuus &c. Per Mosen promisisti, ea es benignitate, te non dissolutorum fœdus, quod nobiscum pepigisti, me morem q; futurum fœderis priisci, foreq; nobis Deū, quemadmodum scripto proditum est apud memoratum Mosen seruum tuum, cum etiamum es sent in terra hostium suorum &c. Recordabor fœderis pacti cum antiquis, quos eduxi ē terra Aegypti, &c. Nunc igitur Domine Deus noster, satis sis hostibus

hostibus oppressoribus istis; quod nos violenta seruitute oppressos detineant, qui negant nos à te traditos in manum suam; sed laudem tribuunt sculptilibus suis, eaq[ue] adorant dicentes, *Vos in potestate nostrā Iudeos redegisistis.* Quocirca ego ancilla tua, quam ampla benignitate prosequeris, detestor, & odi eos odio magno, quemadmodum homo rerū naturalium peritus odit fragmentum panni inquinatus, quo usq[ue] fuit mulier profluuo mensium laborans. Similiter ego odi vestes meas decoras, & cidebam regiam, quam in capite gesto, cùm populares mei captivi sint inter eos, atque etiam ego captiva sum, & rebellis unā cum ipsis, itaque à die, quo huc adducta sum, nulla voluptatem percepī, praterquam benignitate tua magna, & bonitate tua iucunda, qua nunquam cessat. Nunc igitur Deus noster pater pupillorum, sis te ad dextram pupille, que fiducia suam in te locat, da ei ut misericordiam consequatur in oculis hominis istius nempe regis Asveri. Quem non aliter metuo, quam hædus caprarum metuit à leone. Humilia ergo, & deprime ipsum, una cū ipsis, qui ipsi à consilijs sunt, ut humiliatus facilior ac lenior fiat ad postulationem meam, idq[ue] propter gratiam & pulchritudinem, quam tu, mihi Deus, mibi daturus es eo tempore, quo ad ipsum accedam rogatura eum pro populo meo. Inclina cor ipsius in odium hostium tuorum, ut amore prosequatur seruos tuos, qui sunt Israëlii, populus tuus sanctus, & hereditas tua pura. Cor enim regis in manu Domini, cor, inquam, regum in manu tua, Deus potens & terribilis, & sublimis: libera nos, quæso, hodie à metu & paurore,

pauore, quem metuo & expanesco, quo ipsum adire possim fretas benignitate nominis tui, & discedere ab eo cum pace. Scripta hæc leguntur apud Iosephum Gorionis sermonem & litteris Ebraicis: quæ nos Latinè ideo conuerimus, quod in Greco exemplari hæc nusquam exsistit. IN agone mortis. οὐ ἀγῶνι διαδέτε. Quidam vertunt, in periculo mortis. alijs, anxio metu mortis perculfa.

Verf. 2.

Quumq[ue] deposuisset vestes gloriæ sua, induit vestes angustiæ, & luctus; & pro superbis vnguētis caput suū puluere, & sternore oppleuit, & multū afflictauit corpus suū: omniaq[ue] loca, in quibus antea latari cōsueuerat, laceratis suis crinibus repleuit.

Scholia.

VESTES gloria sua. vestes regias. Hieronymus; & recte, meo animo. Nam gloria maiestas regum. Sic Ebrai vtuntur. VESTES angustiae & luctus. indumenta luctui apta, cuiusmodi saccus erat. Vide Observa.lib. 12, cap. 1. VNGVENTIS. alius interpretatur delicijs, quod in Greco ιδυσματων. MULTEM afflictant. iejunio videlicet. OMNIA loca. τὸν τόπον ἀγάλματος ἀντ. ad verb. omnem locū exultationis sua. LACERATIS suis crinibus. σπεντῶν τριχῶν ἀντ. Hieronymus, crinium laceratione. Alius interpres, capillis suis intortis. Vide Iosephi locum supra citatum.

Verf. 3.

Et precabatur Dominum Deum Israëlis,

lis, & dixit, Dominem, Rex noster tu es solus: adiuua me solitariam, nec habētem adiutorem præter te.

Scholia.

M E *soli**tari**um.* ῥιμόνη me solari, hoc est, adiutorem nullum præter te habentem: quod postea sequitur. Apud Dauidem, quod in Ebraeo, *e manu canis unicam meam.* Symmachus olim edidit, *soli**tari**am meam.* hoc est interprete Theodorito, humana ope destitutam. Vide Quæstiones nostras.

Vers. 4.

Quoniam periculū meū in manu mea.

Scholia.

P E R I C U L U M *meum.* In Iosepho Gorionis, *anima mea.* vt apud Dauidem, *anima mea in manu mea est semper.* sensus autem est, ego versor in perpetuo vitæ discrimine. fortè per animam in hoc loquèdi modo significatur periculum animæ *per**rou**p**u**ri**o**g*, plura de hac re alias.

Vers. 5.

Ego à prima etate mea in tribu familiæ meæ audiui te, Domine, Israëlem ex omnibus gentibus, & patres nostros à maioribus ipsorum in sempiternam accepisse hæreditatem, atque omnia, quæ locutus fueras, prestitisse.

Scholia.

A prima etate mea. σὺν γενετῆρι μου. Vet. à patre meo. forte legit σὺν γεννήτρι μου.

Vers.

Vers. 6.

Nunc autem peccauimus in conspectu tuo: idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum.

Scholia.

I N I M I C O R V M *nostrorum.* τοῖς εἰχθροῖς μού. id est, inimicis nostris.

Vers. 7.

Propterea quod Deos ipsorum colimus: iustus es Domine.

Scholia.

C O L V I M V S. Sic interpres vetus. In Graeco est θεοξάραχεν, id est, glorificauimus.

Vers. 8.

Et nunc nō eis sufficit, quod nos durissima servitute premūt: sed posuerunt manus suas super manus idolorum suorum.

Scholia.

D V R I S S I M A *seruitute.* ad verb. *in amaritu-*
dine seruitutis. id est, ácerba seruitute. *P O S V E-*
R V N T. In codice Complut. habetur Σηκαρ, id est,
posuisti: ego vnius litteræ imitacione legendū arbitror Σηκαρ. emendationem meam adstruit,
quod in Basilea vulgatis Σηκαρ: sed magis quod
apud interpretem posuerunt, vt videatur ille mihi planè legisse Σηκαρ. de hac re alij iudicabunt.
In notis Vatabli, posuerunt manus suas super manus idolorum suorum, id est, dederunt dexteræ ido-
lis suis, id est, promiserunt fidemq; dederunt, aut isti

M
rane

rauerunt se consilium, decretumq; tuum abolituros, quo promisisti ac status si te populum tuum conservaturum. Vetus habet, robur manuum suarū, idolorum potentia deputantes.

Vers. 9.

Se decretum oris tui abolituros, tuamq; deleturos hereditatē, ora obturatos laudantium te, atque splendorem ædis, areq; tuæ extinturos.

Scholia.

DECRETUM. ὅρισμόν determinationem, definitionem, quicquid à te definitum, determinatum est. HEREDITATEM. populum tuum hereditariū.

Vers. 10.

Vt aperiant ora gētium, ad virtutes vanorum prædicandas, regique carnali perpetuam admirationem concilient.

Scholia.

Vt aperiant, vel, se aperturos &c. VANORVM. sub. deorum. VLT. VTE. vires, robur. Vet. & laudent idolorum fortitudinem. Sic Ion. 2. qui obseruant vanitates fruſtra. sensus est, vanitates vanillimas, hoc est, idola. Virtutes autem aperatæ, id est, duxaque, hoc est, vires ac potentiam. REGIQR. carnali. Vet. & prædicens regem carnalem in semper tenum.

Vers. 11.

Ne trade Domine sceptrum tuū ijs, qui non sunt, ne rideant in ruina nostra; sed

con-

conuerte in eos consiliū ipsorum, atq; ede exemplū in eum, qui in nos cœpit sequire.

Scholia.

IIS, qui non sunt. hoc est, idolis. Idolum enim nihil est, vt Apostolus ait. EDE exemplum. ταῦτα δηγυδεῖνον. IN eum, qui in nos cœpit sequire. in Hamanem, qui horum omnium fons & caput est.

Vers. 12.

Memento Domine: notū te fac in tempore afflictionis nostræ: ac me cōfirma rex gentium, & omnis imperij dominator.

Scholia.

R E X gētium. βασιλεὺ τῶν θρων. In Bas. τῶν θρων. ex quo Hiero. Rex deorum. lectio non mala. M E confirmā. da mihi fiduciam.

Vers. 13.

Da sermonem compositum in ore meo coram leone: conuerte cor eius in odium oppugnantis nos ad interitū ipsius, & eorum quiei consentiunt.

Scholia.

CORAM leone. leonem vocat Regem Asverū propter potentiam, genere loquendi, quo David aliquoties v̄sus est.

Vers. 14.

Nos manu talibera: adiuua nre solam, nec vllū aliū præter te adiutorem habentē.

Scholia.

SOLA M. vide supra 3. ἐπεργού βούδεν. verba hæc

M 2 non

non habentur in libris Basil. excusis.

Vers. 15.

Domine, omniū scientiam habes. nosti quod oderim gloriam iniquorum, & detester cubile incircumcisorum, omnisque alienigenæ.

Scholia.

Domine, omniū scientiā habes. Alia exemplaria, ἐμοὶ σὲ, χρόνια. τὸν τῶν γνῶστων έχεις. *Vet. Nisi te Domine:* qui habes omnium sciētiā. τὸν τῶν γνῶστων έχοντα.

Vers. 16.

Tu scis impositam mihi necessitatem: detestor enim hoc insigne superbię meę, quod est super caput meum.

Scholia.

Tu scis. σὺ διδάσκεις. Libri nonnulli, καὶ διδάσκεις. Similiter Hieronymus, & nosti. legit καὶ; non σὺ. *Hoc insigne superbie meae.* cidarim regiam.

Vers. 17.

Diebus ostentationis meę detestor illud tanquam menstruis inquinatum pannū: neque id gesto, quibus diebus quiesco.

Scholia.

DIEBUS ostentationis meae. quibus in publicum prodeo. *QUIBUS diebus quiesco.* ad verb. *in diebus filiij mei.* vult dicere, quibus diebus domi maneo. ita mihi videtur.

Vers. 18.

Nec vero in mēsa Hamanis ancilla tua come-

comedit, nec regis conuiuiū magnifecit, neque bibi vinum libaminū: neque ex quo huc translata sum usque ad hunc diē ancilla tua letata est, nisi in te, Domine Deus, Abraham.

Scholia.

ANCILLA tua comedit. positum pro illo, ego co-medī. *VINUM libaminū.* ὄνον στονδὲν. Ebraicē N E S E C H. id est, libatorium. Non licebat Iudeis tale vinum bibere. ex quo lex, quae hodieq; valet, quae vetat ne Iudei vinum omnino bibant cum gentibus. Vide lib. 2. quæst. 67. Ex quo huc translata sum. Sic Hieronymus. In Iosepho Gorionis, ex quo huc adducta sum. Sed meliusne vertut, qui vertunt, ex quo conditio mea mutata est?

Vers. 19.

Exaudi vocē desperantium, Deus omnium potentissime: libera nos è manu improborum, & libera mē à metu meo.

Scholia.

A metu meo. ab eo quod metuo. Sic, cūm ueniret meus uester, id est, malum quod metuitis.

Cap. xv.

Vers. 1.

ET mandauit ei (hanc dubium quin Esther Mardochæus) ut ingredieretur ad regem, & rogaret pro populo suo, & pro patria sua.

Scholia.

ET mandauit. Quæ ab initio huius capititis usque ad versum quartum alijs characteribus scripta vides, ea in Græcorum libris hodie nō habentur. **E**T rogaret pro populo suo. Tale quid legitur in Iosepho Gorionis. Siē enim ibi legitur: *Et fuit cum Haman eum oppugnaret, dixit Esther a regina filie patrui sui ad hunc modum, Venerem somnum illud, quod tibi narravi in diebus pueritiae tue. Nūc igitur surge, adito ad regem Aſverum, & roga pro salute populi tui, & generis tui.* H A V D dubium, quin Esther Mardochæus. Hæc sunt verba Hieronymi.

Vers. 2.

Memorare, inquit, dierum humilitatis tue, quomodo nutrita sis in manu mea, quia Haman secundus à Rege locutus est contra nos in mortem.

Vers. 3.

Et tu inuoca Dominum, & loquere Regi pro nobis, & libera nos de morte.

Scholia.

INVOCA Dominum. In Iosepho, pete misericordias a Domino misericordiarū, & ingredere nunc coram rege Aſvero, &c.

Vers. 4.

Porrò accidit die tertio, cùm orandi finem fecisset, vt exueret vestimenta luctus, & indueret gloriam suam.

Scholia,

Scholia.

PO R R O accidit. leguntur eadem apud Iosephum Gorionis per hæc verba: *Porro die tertio Esther a regia indumenta, veste suas pulchras, & ornamenta decorata sum etiam assumpit secum duas ancillas suas, quarum una dextera manus innitebatur more reginarum eo modo cum pedissequis incedetium: altera puella ponè sequebatur eam subleuans vestimenta eius, ne aurum ijs insertum in terram diffueret, & famul quia moris erat apud Persas, ut regina eo modo vestitum suum gestarent. Imposuit quoque capiti circa regiam cedarim gemmas omnis generis, & nitenti vultu animi texit macorem. Ita ingressa est atrium interius, & stetit è regione faciei regis. Rex autem Aſverus sedebat, super solium suum induitus ueste regia cincta a aureo cinctu, obrys micante, ceraunio, sarda & carbunculo flammantibus, omnibusq; lapidibus pretiosis, quos in ueste habebat, coruscantibus. Is sublati oculis, cùm videret Estheram stantem è regione faciei sua, supra modum incanduit iraq; vehementi exarsit, eo quod regina violasset edictu & decretum, quo sanxerat, si quis veniret ad regem non vocatus, vñā esse legem ut occideretur. Porrò ipsa ingressa fuerat non vocata. At Esther a lenatis oculis confexit vultum regis, & ecce oculi eius ardebat instar tardarū ignis præ magnitudine ire, que magis ac magis accendebarunt in corde ipsius. Cognita igitur indignatione regis, & excandescentia ipsius, perturbata fuit mulier valde, vehementer; & anxia solutaq; animo, reclinavit caput suum super ancillam,*

cui manu dextera innitebatur. Ceterum Deus noster erumna nostras ressiciens, misertus est oppressionis populi sui, & erumna hereditatis sua, fuitque auxilio in aduersitate pupille afflita, roganti ut sibi misereceret, quemadmodum certa fiducia facturum ipsum sibi persuaserat. Deditque ei gratiam coram rege, & adiecit formam ad formam eius, & decorem ad decus eius. Surrexitque Rex perturbatus e folio suo, & incurrit ad Estheram, eamque complexus ac deosculatus sustentabat brachio suo. Et dixit ei, Quid tibi est, quod ita metnas Estheram reginam esto animo confirmato, & eloquere absque metu, amica mea, quoniam ecce lex ista, quam tulimus, nullum habet imperium, nullum in te, quae es regina & amica mea. Tum accepta virga aurea, eam posuit super caput ipsius, et dixit, Cur mihi non loqueris Estheram reginam? cui Estheram. Cum viderem te, inquit, mi Domine Rex, conturbata fui animo propter maiestatem gloria tua, & propter magnitudine dignitatis tuae. Adhuc loquente ipsa cum Rege, reclinauit denuo caput suum super ancillam, quia deficiebat animo præ media, afflictione, & mœrare. Rex autem vehementer conturbatus coram Estheram Regina lacrymauit. Ideo omnes regis ministri preabantur reginam, ut loqueretur regi domino suo, eiusque animum resiceret, quem videbant satis anxium esse. Tum Estheram regina allocut a regem, Si regi placet, inquit, ras faciam ei cōsuum, ibique indicabo, quid causa fuerit, cur non vocata ad ipsum accesserim. Hæc Iosephus. DIE tertio, vt habetur 5, 1. LV c. 7 vs. τὸ πέμπτον, vera hæc lectio fideliter in Com-

plutensi

plutensi codice conseruata. In alijs virtuosè est, vt arbitror, τὴς δεκαπέτης; apud interpretem nostrum perperam quoque lectum *ornatus*, id est, τὸ κοσμοῦ, pro lucretus, siue planctus. Nam vocem *ornatus* repudiavit omnino sententia. GLORIAM suam. vult dicere, vestimenta gloriae sue, hoc est, regias suas vestes.

Vers. 5.

Quumque ita splendidè ornata esset, & inuocasset omnium inspectorem, & seruatorem, duas assumpsit ancillas.

Scholia.

Et seruatorem. Deum & seruatorem, auctior una voce codex Basili. quam vocem etiam legit interpres. & inuocasset omnium rectorem & salvatorem Deum. τὸ σωτῆρα δέδει. D V. A S assumpsit ancillas. Hæc quoque leguntur apud Flauium Iosephū in exemplari Graeco, quanquam alijs verbis: quæ verba ideo non adduco, quod facillimum cuivis sit, cum is autor omnium in manibus versetur, inde ea depromere.

Vers. 6.

Quarū vni quasi præ delicijis innitebatur.

Scholia.

Q V A S I p r æ delicijis. ita vetus interpres, quem secutus sum. In Graeco erat ὁ τρυφερομένη, quasi delicate agens.

Vers. 7.

Altera verò insequebatur subleuās vestitum eius.

M 5

Scho-

Scholia.

VESTITVM. defluentia in humum indumenta. interpres vetus. ambas vestes eius, ne defluerent in terram. Iosephus Ebraeus.

Vers. 8.

Ipsa autem rubescens vigore pulchritudinis suæ vultum præ se ferens hilarem quasi ad amorem excitandum compositum, sed coreius anxiō timore contractum erat.

Scholia.

RUBESCENS. vel, rubore perfusa. QVASI ad morem excitandum compositum. ὡς τροσφίλες. quasi amabilem.

Vers. 9.

Et ingressa per omnes ianuas, stetit coram rege: qui tū sedebat in solio regni sui, atque omnem splendoris sui vestitum inducerat, totus in auro & lapidibus pretiosis, & valde terribilis.

Scholia.

TOTVS in auro. collucens auro.

Vers. 10.

Quumque eleuasset faciem suam incensam gloria, acriterque ac ferociter intueretur, regina collapsa est, & colore præ animi deliquio mutato, in præcedentis ancilla caput se demisit.

Scholia.

Scholia.

ACRITERQUE. & ferociter intueretur. οὐδὲν δυοικοῦ ἐβλέψει in acie, siue ut alij, vigore furoris. PRÆ animi deliquio. εἰ ἐκλύσει præ dissolutione, præ debilitate. IN præcedentis. οὐ προπορευομένης, bona lectio, præquam illa altera, quæ habet προπορευόμενης. omnino legendum προπορευομένης, id est, præcedentis. SE dimisit. reclinavit se, ac recubuit propter virium debilitatem.

Vers. 11.

Tum Deus regis spiritum ad mansuetudinem ita cōuertit, vt anxius exiliret ē sollio, camque vlnis suis exciperet, donec ad se reuersam verbis blandis consolaretur, ac diceret.

Scholia.

REGIS spiritum. regis animum. E sollio. ἀπὸ τῆς θρόνου. nonnulla exemplaria ἀπὸ τῆς θρόνου. αὐτοῖς, addito pronomine. non displicet. In ijsdē lectum paullò post ἀνθελεῖ pro ἀνθελεῖ. forsan errore operarum.

Vers. 12.

Quid est Esther? ego frater tuus sum, bono sis animo.

Scholia.

FATER TUM. id est, amicus tuus, frater pro amicus visitatum etiam in Latio. Vide Miscellanea nostra cent. 1. cap. 75. BONO sis animo. δαρεῖ. VET. noli metuere.

Vers.

Non morieris, quoniam mandatum nostrum commune est.

Scholia.

M A N D A T U M n o s t r u m c o m m u n e e s t . ac si dicceret, non magis inde periculum tibi, quam mihi. leges enim subditis latæ sunt; non regibus aut reginis. Hoc significat interpres vetus, cū ita conuerit, non enim pro te, sed pro omnibus hac lex constituta e s t . Vide quæ supra adduximus ex Iosepho Gorionis. In notis Vatabli. *Quidam vertunt quoniam commune nobis est imperium: sed ego malo hoc referri ad editum quod scribendum curauerat de interitu Iudeorum, quod nunc ita renovat, ut sibi dicat cū Esther commune. Hac enim periculi communione vult eam omni metu liberare.*

Vers. 14.

Accede: simul tollens aureum sceptrum, imposuit ceruici eius, & eam osculatus, Loqueremini, inquit.

Scholia.

L O Q V E R E mibi, inquit. Vet. cur mihi non loqueris? quadrat cum Iosepho Gorionis.

Vers. 15.

Tum illa ei dixit, Vidi te, domine, quasi angelum Dei, & conturbatum est cor meum præ timore gloria tua.

Scholia.

Q V A S I angelum Dei. non habetur apud Gorionis filium.

Vers.

Quoniam mirabilis es Domine, faciesq; tua gratiarum plena.

Vers. 17.

Hæc cùm loqueretur, præ defectione corruit.

Scholia.

P R æ defectione. virium scilicet.

Vers. 18.

Et Rex turbabatur, & omnes ministri eius consolabantur eam.

Scholia.

O M N E S ministri. τῶν δὲ διαπεπτέσθαι δύναται. fortè τὰ μάτια τὸ διαπεπτόν, de quibus supra vers. 4. ex hoc loco intelligi possent vestes, quas induebat, cùm seruiret Deo ieunans, aut tale quid faciens more patrio.

Cap. xv i.

Vers. 1.

R Ex magnus Artaxerxes ab India usq; ad Æthiopiam centum ac viginti septem satrapis prouinciarum principibus, & ijs, qui nostra sapiunt, salutem.

Scholia.

R E X magnus. vide Observat. 12,4. Q u i n o s t r a sapiunt. Vet. qui nostra iussioni obediunt. Alius interpres, qui stant à nobis. In notis Vatabli, qui continentur

*sentiunt nobiscum in imperio, placideq; illud am-
pleteuntur.*

Vers. 2.

Multi plurima eorum, qui benemerentur bonitate s̄apius ornati, magis superbierunt.

Scholia.

E O R V M qui benemerentur. τῶν ἐνεργεόν-
των. Vet. *principum*. ἐνεργέων. Hos Ebræi N E-
D I B I M vocant, quod principes viros maximè
deceat liberalitas & beneficentia. B O N I T A-
T E. id est, beneficentia. MAGIS *superbierunt*.
μεῖζον ἐφεόντας. quò maiorem honorem adepti
sunt, èd maiorem de se opinionem habuerunt.
Notum illud, *Asperius nihil est humili cùm surgit
in altum.*

Vers. 3.

Neque solum subiectis nobis querunt malefacere; sed etiam rerum abundantiam ferre non valentes, in ipsos suos benefactores malum machinantur.

Scholia.

R E R V M abundantiam. τὸν κόπον. satietatem: re-
rum vbertatem. Videtur allusio ad prouerbium
κόπος οὐ βριγτίκτη. hoc est, satietas ferociam parit.

Vers. 4.

Et non solum gratitudinem ex hominibus tollunt; verum etiam quasi nulla beneficia accepissent insolentius elati, omnia semper

semper inspectantis Dei vtrices malorum arbitrantur se posse effugere poenas.

Vers. 5.

Sæpe autem & multos eorū, quibus in dignitate constitutis, amicorū res administrandæ sunt concreditæ, vana spes factos participes innocentis sanguinis, calamitatibus inuoluit immedicabilibus.

Vers. 6.

Eò quod fallaci mendacij calliditate simplicem principum circumueniūt probitatem.

Vers. 7.

Hoc adeò cernere licet tū ex veteribus, quæ litteris proditæ sunt, historijs, tum ex ijs, quæ si queras, ante pedes sunt nefario eorum scelere patrata, qui dominatum gerunt indignè.

Scholia.

Q VI dominatum gerunt, indignè. τῶν ἀνάξιος δυνατού των. pro ἀνάξιος legitur ἀνάξιος. in nōnulis exemplaribus.

Vers. 8.

Quocirca prouidendum est in posterū, vt regnum tranquillum omnibus hominibus pacem præstems.

Vers. 9.

Et mutationibus vñ ea, quæ sub aspectu

tum veniūt, moderatè obuiam cundo discernamus.

Verf. 10.

Namque cum Haman Hamadathifilius Macedo, verè alienus à Persarū sanguine, atque à nostra bonitate multum dissidens, à nobis hospitio exceptus esset.

Scholia.

Hamadathi. Pro Αμαδάθῃ scriptum in nōnulis codicibus Αμαδάθῳ accentu graui vltima: ex quo fortè Amadathu apud partim interpretum: suprà admonui scribēdum Hamadathi, esse enim Αμαδάθῃ à recto Αμαδάθῳ. M A C E D O. Vtrum domo Macedo erat, & genere Agagæus, hoc est, Amalecita natus in Macedonia? viderint doctiores. De hac re scriptissimus nonnulla, 3, 1. & Observat. 8, 16. Vide & infra versu 14.

Verf. 11.

Nostraquæ esset vius humanitate, qua erga omnes gentes prædicti sumus, eousque ut pater noster appellaretur, adorareturq; ab omnibus, secundam Regij solij personam gerens.

Scholia.

HUMANITATE. φιλανθρωπίαν. ita in Complut. inuenimus. in excusis alibi φιλανθρωπίας: & aliquanto post ἀναγορέας pro ἀναγορέας. PATER noster. μουνταρέπα. vide 13, 6. SECUNDAM regij solij personam gerens. Hoc est interprete Hieronymo,

ronymo, post Regem secundus.

Verf. 12.

Hanc excellentiam non ferens, conatus est nos principatu priuare, & spiritu.

Scholia.

HANC excellentiam. hunc tamen excellentem dignitatis gradum. Quidam vertunt, *hanc superbia.* & certè in Greco est τέλος ὑπερηφανίας. sed phrasii Ebraica ὑπερηφανία valet interdum excellentia, id est, G A O N, quæ vox ita sumitur in illo, *excellentiam Iacobi*, quem dilexit. Et spiritu. id est, vita.

Verf. 13.

Dum conseruatorem nostrum, & semper de nobis benemeritum Mardochēum, & inculpatam regni nostri confortem Esther, cum vniuersa eorum gente multiplicibus fallaciarum vijs ad interitum postulauit.

Verf. 14.

His enim modis cogitabat se, vbi desertos nos oppressisset, Persarum imperium ad Macedonas translaturum.

Scholia.

AD Macedonas. Huc pertinet, quod apud Iosephum Gorionis: In diebus illis, quum Mardochæus resideret in porta regis, duo eunuchi regij ianitores communicato interfice consilio conati sunt Regi manum inferre, eiusq; caput abscissum in lecto;

ad regem Gracorum portare, quo ei hoc pacto graticarentur. Nam tunc primum excitata sunt bella maxima inter regnum Gracia, & regnum Persicis. Porro eunuchi illi è propinquis Hamanis erant, & quæ sequuntur.

Vers. 15.

Nos verò proditos ab illo pestilentissimo ad exitium Iudeos, comperimus non esse maleficos, sed iustissimis potius legibus vincere.

Vers. 16.

Deiq; altissimi, maximi, & viui, qui nobis & maioribus nostris regnum hoc pulcherrimo statu constituit, filios esse.

Vers. 17.

Bene ergo feceritis, si missis ab Hama ne Hamadathi filio litteris vni non fueritis.

Scholia.

LITTERIS. quarum exemplum habetur supra capite decimotertio. Vsi non fueritis. si eas exequuti non fueritis.

Vers. 18.

Siquidem qui hæc est machinatus, ante Susorum portas crucifixus est cum tota sua familia, omniū rerum prepotente Deo meritas ei reddente poenas.

Scholia.

ANTE Susorum portas. Vetus, ante portas huius
urbis,

urbis, id est, Susan. falsum hoc esse appetet ex 7, 9. Gtæca intelligi possent de Susan Habira, nisi constaret interpretem illum in eius nominis sensu halucinari, per BIR A ipsam urbem significari existimantem. Apud Iosephum exemplari Græco προσέταξε τοῖς δικέταις ξύλον ἐπομεσάμενοις εἴσαι τοῦτο οὐ τῇ ἀνθ. hoc est in Susan Habira, vbi Haman domū habebat. itaq; paullò postea, παρελθὼν κατηγόρει τῷ Αράχῃ, ὃς ἔροις σαύρον ἐπὶ τὸ δικές αὐτὸς παρεκενομένον ἐπὶ Μαρδοχαῖον. fortè Susan Habira extra urbem erat, ibidemque aula, & domus Hamanis; videlicet ad portam urbis, vbi patibulum erexitur erat. Hoc pono, non statuo. Cum tota familia. οὐ τῇ παροιᾳ. & hoc falsum. Nam decem filij Hamanis primum susensi fuerunt decimaquarta mensis Adar, diu post lcriptas litteras. liquet ex 9, 14.

Vers. 19.

Cæterum huius epistolæ exemplo locis omnibus proposito, sinite Iudeos libere ut suis legibus.

Vers. 20.

Eosq; adiuuate, vt eos qui tempore calamitoso ipsis insidiati sunt, vlciscantur tertiadecima duodecimi mensis Adar, ea ipsa die.

Scholia.

EA ipsa die, quæ videlicet ab Hamane destinata erat cædi Iudeorum patrandæ. TERTIADecima. Sumptum ex 9, 1.

Vers. 21.

Hanc enim omnium dominator Deus
pro interitu generis electi, fecit eis lætitia.

Scholia.

OMNIVM dominator. διάβατρα δινάσεδων id est παντοκράτωρ, omnipotens. In quibusdam libris διάβατρα pro διάβατρα. hilum non intercit hoc an illo modo legas. GENERIS electi. hoc est, Iudeorum. FECIT eis lætitiam. conuertit eum diem in diem lætitiae & gaudij.

Vers. 22.

Vos ergo in ferijs vestris solennibus, insignem hunc diem cum omni lætitia celebrate.

Scholia.

CVM omni lætitia. Alius interpres, cum omni laetitia. In Graeco exemplari μετὰ πάσης εὐωχίας. est autem ἐποχή conuiuum, epulæ.

Vers. 23.

Vt is & nunc & in posterum tum nobis, tum ijs qui Persis benè volunt, salutis: insidiatoribus autem nostris exitij sit monumentum.

Scholia.

SALVATIS. σωτηρίας. repeate monimentum ἀπό κοινή ex sequentibus. In Cöplut. est σωτηρία ἡμῖν. id est, salus. Biblia Basileæ vulgata σωτηρία ἡμῖν, auctiora sunt verbo substantiuo, quod in alijs ex Ebraismo desideratur.

Vers.


Vers. 24.

Porrò omnis ciuitas, omnisque adeò prouincia in vniuersum, que secundū hęc non fecerit, ferro ignique consumetur, neque solū hominibus iniuria, verum etiam feris & volucribus in omne ævum infesta reddetur.

Scholia.

Operē pretium est hanc Epistolam cum ea, que legitur apud Flauium Iosephum, contendere, eaque quibus inter se conueniunt, quibus dissidēt, annotare. Mihi nūc id facere, quamvis vehementer cupiam, non licet per alia negotia.

F 7 N 7 S.



VERBORVM ET RERVM INDEX.

Errata operarum:

Pag. 1. lin. 13. porphyriticum. pag. 7. lin. 12. in margine, & sublata est. pag. 14. lin. 1. populis reffent. pag. 35. lin. 19. quod statuit eis Mordochai. pag. 49. lin. 12. διαρμιγεστραθαι. lin. 24. ἐκοστελέσθωσαν ἀρχοντας. pag. 57. lin. 24. In Chaldaicatenosolymitan. pag. 61. lin. 12. συνεχεις. pag. 63. lin. 8. Ζητησα. pag. 64. lin. 14. retarent. pag. 65. lin. 7. debat. pag. 69. lin. 28. γοναγι. pag. 71. lin. 20. μετὰ δὲ τὸ φύστα. pag. 74. lin. 23. Hinc Mar & Mor. pag. 76. lin. 9. quasi balbel. pag. 77. lin. 2. ἀρχεῖχον Οὐράνων τὸ Αὐτοπτεῖχον τῆς Κρήτην. pa. 79. lin. 1. vocabatur. lin. 7. νίτη hic. lin. 19. Jane quidem. pag. 80. lin. 6. matura fset. lin. 18. cōperimentum alijs. pag. 83. lin. 11. dist. mulierum secundam. lin. 14. Saganaxus. lin. 19. εἰ τοῖς Πέρσοις. pag. 89. lin. 13. βαγαζάς. pag. 92. lin. 14. distingue, qui Macedone. Persam vocat Seuerus. pag. 103. li. 2. censet. Ezre. pag. 108. lin. 6. que referrent. lin. 18. ὑπέρχεσσιν. pag. 112. li. 23. regni, id est, regio. pag. 117. lin. 28. ἀρχιστρατοφύλακες. pag. 123. lin. 31. pro quibz obsecro. pag. 129. lin. 20. Para ribiam. pag. 131. lin. 3. Aſteran. lin. 4. Prestegan. pag. 135. lin. 24. VITROS. ex domesticis. pag. 136. lin. 3. Autophradates. lin. 6. Sic Henia, Haia. lin. 13. Ari est in Ariaramnes. lin. 28. Hamdan filij. pag. 138. lin. 2. IN Susan vrbc. pag. 146. lin. 10. vulgo eius. pag. 153. lin. 27. Ierosolymitanum. pag. 162. lin. 6. igitur Hamadathu. pag. 175. lin. 2. freta benignitate. pag. 186. lin. 13. ad emorem,

A & O permutatas olim	Arifai, Arifaus.	ibid.
fuisse.	Pag. 74. Afdarpanes.	102.
Abgathavel Abagtha.	62. Asphatha.	136.
Adarvox Syriaca.	99. Aſlumpta, pro, assumpta	
Ægyptij quomodo impre-	& traducta.	84.
cari foliti capitii hoſtiae.	Aſther, vnde Aſtergar.	130
142.	Aſtheranes.	131.
Agagi, gētile ab Agag.	92. Aſtandæ.	ibid.
Agageus.	ibid.	
Aggari, vel Angari.	103. Aſverus vel Aſuerus.	48.
Ahas, siue Achas, vel O-	Aſverum Xerxes ele pro-	
chus, quid apud Persas	batur.	283.
denotet.	Aſveri plures.	49.
Ahasveros, qui & Aſverus,	Atossa Cyri filia.	86.
id est, Xerxes.	Auditio pro rumore.	135.
Amestris. compositio no-	B.	
minis ex Ha & Esther.	B pro V.	129.
76.	Babel, vnde dicta.	76.
Anima, periculum ani-	Bagatha, hodie Bigtha.	62
mæ.	176. Bagathan, nūc Bigthā.	89.
Annulus dari solitus in si-	in ea voce Iosephus re-	
gnum potestatis.	stitutus.	ibid.
Apophoreta.	BAHAT quid.	57.
Arcarij quinam.	101. Baρις, vnde, & quid pro-	
Ariaramnes.	136. priē.	50.
Aridai, Aridaeus.	ibid. Bazatha vel Biztha.	62.
Aridatha, Aridades.	ibid. BETH, filia.	78.

INDEX.

- Bibere pro epulari. 122. cur appellatæ. ibid.
 Biblia Græca emendantur Congregent, pro congre-
 52. & 53. & 61. & 116. gent & adducant. 72.
 & 129. Cor bonum in vino. 62.
BIRA quid. 50. Cursores Persarum anga-
BITHAN. 55. ri dicti. 103.
 Bugæus. 93. Cursores in equis. 130.
 Custos liminis. 89.

C.

- Caput operire. 121. D.
 Ch, pro h. Heth. 47. Dalphon & Delphō. 136.
 Chaph veritatis. 69. DAN & DIN. 66.
 Charbona Eunuchus, à DAR, nomen lapidis, qui
 Iosepho Sabuchadás di-
 cētus. 63. & Dora. 57.
 CHARPHAS, carbasius, itē
 coloris genus. 55. vnde sic dictus sit. ibid.
 CHASER, rectum. 178. in ea voce Tremellius
 CHEDAI. 69. notatus. ibid.
 CHI pro relatiuo. 70. Darius Persa. 83.
 Christus quādo sepultus, Datha, vel Dathes. 91. &
 quando resurrexit. 111. 136.
 Cidaris regni. 87. Deportatio pro deporta-
 Cidaris regis differre vi-
 detur ab ea, quæ cidaris 75.
 regni dicitur. 63. Diadema quale olim fue-
 Cinerem induere. 105. rit, & quid à cidari dif-
 Cōuiuum vini quid pro-
 priæ. 123. & 125. Dies Mardochæi. 139.
 Conuiuum Esther. 87. Dies Phurim, id est fortū.
 Cōuiuij vocabulo nuptiæ 142. & 143.

confir-

INDEX.

201

- cōfirmati iterum. 144. nou Chaldaicūm. 76.
 Dies bonus, quis. 133. Estheram Babylonie nou
 Dies silentij & ostentatio- fuisse cum virgines cō-
 nis. 180. quirerentur. 74.
 Dixit pro edixit. 62. Estheræ aliter Hadassæ. fal-
 Domus, familia, faculta- so à quibusdam Atosfa
 tes. 127. existimatur. 76.
 Domus fœminarum. 72. Estheræ ieunium in quē
 Domus fœminarū secunda. ibid. diem incidat. 145.
 Domus regni, & domus apud Iudeos. ibid.
 regis vt differant. 63. Estheræ conuiuum. vide
 Dora, vide DAR. Conuiuum Estheræ.
 Estheræ nuptiæ quando- celebratae. 85.
 Ebionim, pauperes cur sic Et, abūdat. 47. pro aut po-
 dicti. 141. nitur. 78. & protunc 79.
 Ebræi numerum minorē & pro qui. 72.
 præponunt. 54. Et fuit pro accidit. 147.
 Ei, pro de eo. 94. Eunuchus corā rege. 126.
 Elam hāmmedina. 51.
 Error veterū circa cogna- F.
 tionē Estheræ & Mar- Facientes opus. 101.
 dochæi. 77. Facies regis pro ipso Re-
 Erunt, pro obseruabūtur, ge. 63.
 soleenes erunt. 152. Farhi, Persia. 147.
 Es, prima Ain, & ultima Fecit, pro fieri iussit. 116.
 Sade, lignū, arbor, pa- Festum Mardochæi. 139.
 titulum, quod & lignū Festum fortium minus, &
 geminum. 126. Maius. 139. & 140.
 Esther, nomen Persicum, Frater patruelis. 78.
 N 5 Fran-

- Frater pro amicus. 187. Hodu, India. 49.
 Honos, præmium. 118.
 Hor, candidus. 55.
 G. GAON, superbia, excellen-
 tia. 193. pellati. 132.
 Genus electum. 196. Hyr, candor. 55.
 Glossema in Biblij Græ-
 cis & apud Iosephū. 106
 I.
 GORAL, quid. 99. Idolum nihil est. 179.
 Gynæcum alterum, siue Ieiuniū Estheræ quo sen-
 secundum. 72. su triduanum dicatur.
 H. 111. & 112. quādo fue-
 rit. 143.
 HADAS, vnde Hadassa. 76.
 Haman, scribendū cū ad-
 spiratione. 91. an Ama-
 lecita fuerit, incertum.
 92.
 Hammadatha. ex Ham &
 Datha. 91.
 Hamanis genealogia. 136
 Harbona. vide Charbona.
 Hathach. Eunuchus Esthe-
 ræ attributus. 107.
 Hedessa, nunc Hadassa, nō
 Edessa. 76. Inuenire gratiam. 84.
 Hege & Hegæus. 73. Inuentus est, pro fuit. 54.
 Herodoti locus in suspi-
 cionem adductus. 49.
 HESED, gratia. 79.
 Histahave quid. 94.
- It & lucescit. 135.
 Iudæis nō licet hominem
 adorare. 95. Mahuman. 62.
 Iudæus contracte dicitur
 pro Iehudæus. 5. MARAC, abstergo. 73.
 Iustificare, absoluere, alle-
 tere. 152. Mardo, vnde Mardochæus,
 K. Mardontes, & alia eius
 generis. 147.
 Mardochæus cur Ham-
 Kādōw, quid. 104. Mardochæus & Estheræ af-
 finitas. 77.
 L. Lapis mercatorum. 58. Mardochæus an Mordo-
 Latina cōsuetudo nō scri-
 bit, in fine. 75. Mardochæus scribas nihil in-
 terest. 74.
 Leo, de rege Asvero. 179. MEDINA. regio. 51.
 Liber verborum dierum. Missilia. 139.
 90. Mittere manum in ali-
 Libri sacri amissi. 146. quem. 89.
 Lignū, pro patibulo, quod MOR, myrrha; non myr-
 & lignum suspendij, & tus. 82.
 lignum crucis, & lignū Mos quidam Persarū no-
 geminum. 126. tatus. 90.
 Locus nativitatis. 81. Mos nomina commutan-
 Aōyō pro re. 73. di. 76.
 Loquens pacē quid. 148. Mos vestes lacerandi. 105.
 Loqui secūdum linguiam Mulieres vocantur etiam
 populi sui. 71. puellæ virgines. 73.
 Lugentes in cinere iace. Mutans, varius, diuersus:
 bant. 107. vnde leges mutantes,
 Lux, salus, latitia. 132. vasa mutantia. 59.
 Nabu-

- M.
- Iudæis nō licet hominem
 adorare. 95. Mahuman. 62.
 Iudæus contracte dicitur MANOTH, partes. 80. & 179
 pro Iehudæus. 5. MARAC, abstergo. 73.
 Iustificare, absoluere, alle-
 tere. 152. Mardontes, & alia eius
 generis. 147.
 Mardochæus cur Ham-
 Kādōw, quid. 104. Mardochæus & Estheræ af-
 finitas. 77.
 Lapis mercatorum. 58. Mardochæus an Mordo-
 Latina cōsuetudo nō scri-
 bit, in fine. 75. Mardochæus scribas nihil in-
 terest. 74.
 Leo, de rege Asvero. 179. MEDINA. regio. 51.
 Liber verborum dierum. Missilia. 139.
 90. Mittere manum in ali-
 Libri sacri amissi. 146. quem. 89.
 Lignū, pro patibulo, quod MOR, myrrha; non myr-
 & lignum suspendij, & tus. 82.
 lignum crucis, & lignū Mos quidam Persarū no-
 geminum. 126. tatus. 90.
 Locus nativitatis. 81. Mos nomina commutan-
 Aōyō pro re. 73. di. 76.
 Loquens pacē quid. 148. Mos vestes lacerandi. 105.
 Loqui secūdum linguiam Mulieres vocantur etiam
 populi sui. 71. puellæ virgines. 73.
 Lugentes in cinere iace. Mutans, varius, diuersus:
 bant. 107. vnde leges mutantes,
 Lux, salus, latitia. 132. vasa mutantia. 59.
 Nabu-

- N. Pacis nomine quām latē
Ebrāi vtantur. 81.
Nabuchadnesar , Nabu-
chodonosor, & Nabu-
chodosorus. 76. Pagi, qui hodie ville. 139.
NEDIBIM, principes cur-
dicti eo modo. 190. Paratimi quinam. 52.
NESECH, libamē; vnde vi-
num nesech Iūdæis o-
lim & nunc etiam ve-
titum. 181. Partes, & partium missio
80. & 139.
Persarū potationes cuius-
modi. 60.
Persarum vxores nō ede-
bant cum viris. 61.
Persarū leges vetant vxo-
res ab extrancis cōspī-
ci. 64.
Perſe de rebus grauiſſimis
non niſi poti consulta-
bant. 65.
Persarū regis persona sub
specie maiestatis occu-
litur. 67.
Persarum satrapæ secun-
dum dignitatē cuiusq;
ſedes habebant. 67.
Oarses, vnde Oxyares, qui
Afverus. 48. Persarum leges irreuoca-
biles. 69. & 71.
Ochus quid significet Per-
ſis. ibid. Persæ erga vxores duri &
atroces. 70.
Orosangē apud Persasqui-
nam. 126. Persæ ex publico librarios
ſine ſcribas alebāt, qui
res publicē gēſtas in cō-
mentariū referrent. 90.
P. Latinū insolens Ebrāis
elementum. 135. Persæ regibus suis diuinū
hono-

- honorem exhibent. 94. Puer pro feruo. 97.
Perſe forā nō habēt. 120.
Perſarum reges quo vino,
quāue aqua olim vſi. Quis ſcit, ſermo dubitan-
tis. 123. 110.
Perſis olim in vſi vefteſ Quod tuo capitiſit. 142.
pictæ. 96.
Perſarum regis aulam in-
trare non poterat facco RAMCHA. Arabicē equa-
indutus. 119. 130.
Perſica nomina perperam Rammachim. ibid.
reuocari à nōnullis ad RECHES quid. ibid.
origines Ebræonū. 62. Recipere,, quod eſt CIB-
Perſica nomina Hierony- BEL quid. 141.
mus nec interpretata Regi iudices apud Perſas
reliquit. 63. quales. 65.
Perſia, Ebraicē Pharas. 66.
Pharmaſtha. 136.
Pharsandatha. 135. Sabuchadas vel Sabucha-
Pharſegen & Phathſegen dar. 63.
quid. 103. SAIS à marmore diuer-
Pherath. Euphrates di- sum quid eſſe videri.
ctus. 52. 56.
PHVR, fors. 99. SAR, per S, Sade aduersa-
Porphyrites lapis. 57. riūs & aduersitas. 124.
Porta regis. 94 & 119. Satrapæ quomodo à Per-
Post verba hæc. 71. sis vocentur. 102.
Πότρο, conuiuum. 104. Satrapiæ. 49.
Proficiebat & crescebat. Scientia temporum. 65.
135. Secundum manum Re-
Pro manu regis. 59. gis. 59.
Secun-

- Secundus à rege, à sacer- Suscipere gratiam. 84.
dote. 147.
- Sedacoth, eleemosynæ, T.
141. Talenta Babylonicum &
Serius ad limina. 89. Ebraicum quātum ef-
SES, marmor an parius la- ficiant. 100.
pis? 56. Talentorum decem mil-
Sethar camelus Persicè. lia astimata, ad nostrā
131. monetam. ibid.
- Siban & Siuan. 129. Tebeth mensis decimus,
- Σιμίγματα.** vide MARAC. 84.
- SOHARETH lapis quis, & THAMRVC 73.
vnde nomē fortitus. 58 Thronus regum Persarū
- Solitaria quænam dica- qualis. 113.
tur. 176. Tollere gratiām. 114.
- Sors & sortes. 98.& 99. Transire, transgredi. 69.
- Spolia, bona. 103. item reuocari. ibid. &
Stare, manere. 125. 143.
- Stare pro anima sua. 131. TūzG., summa. 104.
- Stare, pugnare. ibid.
- Sub armis cernere. ibid.
- Subigere, cōprimere. 126. Vaizatha. 136.
- Suidas notatus. 56. Vanorum, pro vanorum
Surrexit, pro surrexit & a- deorum, epithetō abſ-
bigit. 125. quere. 178.
- Sufa Sufæ, & Sufa Sufo- Vasthi regina. 61.
rum. 105. ad regem venire excu-
Sufan Habira quid pro- fat, & cur. 64.
- priè. 51.& 105. Verba fraudum, &c. 145.
- Sufan, pro Susan Habira. Verba pacis. 144.
109. Verbale retinet constru-
ctio-

- ctionem sui verbi. 140. Vocari pro esse. 78.
- Verbum, confuetudo. 63.
- Vestes candidas olim in- duebāt diebus festis ac Xerxes & Asverus idem.
latis. 132. 48. & 83.
- Vestis sacci, pro sacco ip- so. 106.
- Vir Iudæus. 73. Zares & Zarafa. 116.
- Vir Iemini, Benjamita. 75 eius etymologia. 121.
- Villa, vnde villici quid Zethar. 63.
- propriè. 139.

F I N I S.

